









1677.

1. Fisen, Mr. Hieronimus, lib. brev, &c: De foro legatorum.  
2. Grebenitz, Elias: De episcopis.
- 3<sup>a</sup> et 6<sup>b</sup>. Schwockius, Isaacus: De principiis iustitiae.  
2 Examples
- 4<sup>a</sup> et 6<sup>b</sup>. Schultz, Petrus: De jure venandi. 2 Examples.
5. Schultz, Petrus: De mandato speciali.
- 6<sup>a</sup> et 8<sup>b</sup>. Strykius, Samuel: De motu proprio principio.  
2 Examples. 1677: 1690.
7. Strykius, Samuel: De testamento in tunc confecto.
8. Strykius, Samuel: De jure avorum.
- 9<sup>a</sup> et 6<sup>b</sup>. Strykius, Samuel: De jure ignorandi. 2 Examples.  
1677: 1714.
10. Strykius, Samuel: De conscientia partium in iudicio.

11. Skrylles, Samuel : De curiosis tateſ.

12. Skrylles, Samuel : De jure avarugox Bytov.

13<sup>a+b</sup> Skrylles, Samuel : De jure furorium.

25 Sept. 1677 - 1714

Skrylles Samuel angol : művek angol



LIBERIS FRONTE DILECTORVM

FOR

Augustino Jutorum Ordinis

in Studiis hoc Bruxellensium

PAULUS

OTTO HEINRICUS

LIBRARIUS FRISIEN

Augustino Jutorum

D. 20. April anno 1607. L. LXVII.

MISSIO MODESTO CARDIORUM

Litterarum apud Fratrem

Litterarum apud Fratrem





*R. C. 295.*

*Pm. 3. num. 34.  
18*

*1677, 136*

**J U R E  
F U R N O R U M ,**

QUAM

*MAGNIFICO JICTORUM ORDINE  
CONSENTIENTE,*

PRÆSIDE

**D N . SAMUELE STRYKIO, J.U.D.**

COM. PAL. CÆSAR.

PANDECTARUM PROFESSORE CELEBERRIMO

ET

FACULTATIS JURIDICÆ DECANO  
SPECTABILI,

*DOMINO PATRONO, AC PRÆCEPTORE SUO  
ÆTATEM DEVENERANDO,*

DIE XVIII. MAJI, HORIS ANTEMERIDIANIS  
IN AUDITORIO JICTORUM  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

**JOHANN GOTTLIEB Schilling/**

DRESD. MISNIC.

*Cum Privilegiis*

Denuo edita Anno MDCCXIV.

*FRANCOFURTI AD VIADRUM,  
SUMPTIBUS JEREM. SCHREY, ET J. G. CONRADI  
Vol. III. Disp. XIV.*




# ФУНДАМЕНТАЛЫ

WNGAL CO. CALIFORNIA ORDINE  
CONVENTUS

DIVISUMENI TITANICO

иано Годуново

SCHEFFER, ET L'EGOUTIER,  
SOCIETE DES INGENIEURS



## INGRESSUS DISPUTATIONIS.

**F**umum vobis videbor venderé, de furno  
acturus publice. Et enim ex furno non  
aliud, quam fumus, prodit & fuligo. In-  
ferti imaginem furnus refert, adeo fu-  
lagine nigricant adyta, intus prater  
flammam & æstum appetit nihil, & in  
æthera fumantes eructat furnus nubes.  
Adeo torva facies, quid in recessu vel  
pretii habet vel voluptatis, de quo scribi mereatur? Ut sordes  
fileam, quibus inquinantur, quos furnus exercet. Dixeris fu-  
liginosam Vulcani familiam, ita nigredine manus & vultus te-  
guntur, & omne corpus ita pulvere obsitum est, ut nova veluti  
cute incrustati appareant. Insuper tanquam a Gigantea super-  
essent progenie, ita humeris & brachiis valent, robusti sacco-  
rum & lignorum Portatores. Ita censem, qui in cortice ha-  
rentes non attingunt nucleus. Enimvero appareat torva  
furni facies; apparent sordidi ejus labores, & infra Tractatio-  
nis dignationem; nunquam tamen a magnis JCtis habitu sunt  
neglectui; nec ut haberi possint, vita communis permittit ne-  
cessitas & usus. Qui in suam, qui in omnia intuetur Conser-  
vationem, nescire non potest, quantum hic furnis debeatur; ut  
hinc, si a dignitate rem æstimnes, cœpti mei non desit ratio. Imo  
pone, rem vilem esse furnum, vilius nonne Necessarium,  
nonne viliores Suarii, de quibus tractare Imperatorem non pu-  
duit. Vilius est Gallus gallinaceus, judicium tamen illum exer-  
cuisse, magna Autoritatis JCtus testis est; ut taceam, de felium  
quandoque vindicatione certatum esse. Neque tam a se,  
quam ab effectu, res æstimanda, quem præstantissimum ha-  
bent furni, causam Tractationis hujus satis prægnantem.  
Adesto itaque L. B. & postquam legeris hanc Dissertationem,

an digni tractatione furni fuerint, judica. Certe coarctata  
cautum est Exercitiorum Academicorum materia, adeo ta-  
men Jurisprudentia exhausta nondum est, quin inveniant  
semper, in quo exerceantur frequentes Themidis Cultores.  
Fateor, videbantur furni primo intuitu præter fumum suppe-  
ditare nihil, verum non habui necessum, affaniis & tricis re-  
plere chartas, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis &  
inveni passim, & hic tracto, pro eo quidem modo, quem vi-  
ribus & ingenio DEUS concessit, quem infinitæ ipsius Cle-  
mentiae devota gratitudinis memoria acceptum refero. Tu  
vero, L. B. si non probaveris, invidiose tamen ne improbes  
velim.

## CAPUT I.

Generalia De Jure Furnorum  
Exhibens.

## S U M M A R I A.

|   |  |
|---|--|
| <b>D</b> isputationis ingressus. n. 1.              | Recensentur varia furnorum gene-<br>ra. n. 14.                   |
| Eymologia Juris. n. 2.                              | Furnarii quinam? n. 15.  |
| Significationes Ejus. n. 3.                         | Fornacarius a furnario differt, ut<br>& fornacator. n. 16.       |
| Divisiones. n. 4.                                   | Furnaria quid? n. 17.  |
| Adducitur nova Divisio. n. 5.                       | Jus furni describitur. n. 18.                                    |
| Definitio Juris. n. 6.                              | An ad Regalia pertineat? n. 19.                                  |
| Divisiones in Jus in Re & ad Rem.                   | Decisio questionis hujus ex seculi<br>moribus subjicitur. n. 20. |
| n. 7.   | An sit servius? n. 21.   |
| Furnus describitur. n. 8.                           | Quare dicatur, babendi furnum? n. 22.                            |
| Ejus derivatio. n. 9.                               | Quare questus & utilitatis gratia? n. 23.                        |
| De fornace & fornice. n. 10.                        | Quodnam  |
| Clibanus quid & quomodo a furno<br>differat? n. 11. |  |
| Clibanarii quinam? n. 12.                           |  |
| De Fornace & Camino. n. 13.                         |  |

GENERALIA DE JURE FURNORUM.

5

- |  |   |
|--|---|
| <i>Quodnam bic questus &amp; utilitatis<br/>subjectum? n. 24.</i>  | <i>Furni portatiles immobilibus viden-<br/>tur annumerandi. n. 27.</i>          |
| <i>Divisio furnorum et Juris ipsorum. 25</i>                       | <i>Contrarium deciditur subjecta di-<br/>versa a molendinis ratione. n. 28.</i> |
| <i>An furni pertineant ad res mobiles,<br/>animmobiles? n. 26.</i> |   |

**E**xamen Vocabuli Juris adeo frequens & obvium est, ut illum, i qui prolixa Commentatione idem prosequi velit, non alias, quam Exscriptoris laudes mereri necessum sit. Originationem eius vid. ap. Hahn. ad Wesenbec. *Tit. de J. & J. n. 14. verb. Varie quoque. add. L. i. pr. ff. de J. & J.* Varias ejus acceptiones in *L. ii. & 12 ff. d. l. & ap. Hahn. d. n. 14.* Meyer. *Colleg. Argentor. ad d. tit. n. 5.* Hugon. Grot. *de J. B. & P. L. i. C. i. §. 3. 4. & 9.* Quem Grotii locum eleganter explicatum vide apud Dn. Maurit. *de Princip. Jur. Publ. German. c. i. n. 3. seqq.* ubi plura de Juris vocabulo accurate tradita deprehendes. Divisiones habes in tot. tit. I. de J. N. G. & C. & ap. 4 Hahn. *Tr. de Jure Rer. cap. 1. concl. 2. & 9. & C. 2. Concl. 18. & seqq.* inter quas nova illa est, qua uitit Dn. Eyben Elef. *Feudal. cap. 1. §. 1.* dividens Jus in Feudale & Allodiale; non inconvenienter me Judice, s quippe ubi res distincta sunt, nominibus quoque discerni easdem oportet arg. *L. 7. C. de Codicillis.* Nos illud cum Grotio *d. l. i. c. i. §. 4.* definimus hic, qualitatem moralem personae competentem ad aliquid 6 juste habendum vel agendum. Cui definitioni teste Pufendorf. *Elem. Jurispr. Univers. lib. i. Def. 8. §. 1.* competit divisio, qua aliud Jus in Re, ad quod ipsa res devincta est, Hahn. *de Jur. Rer. c. 2. concl. 13. 7* aliud ad Remesse, quod in obligatione consistit, Hahn. *d. l. c. i. Concl. 10.* dicitur. *L. 19. ff. de damn. infect. l. 30. ff. de Noxal. Action. L. 71. §. pen. & ult. ff. de Legat. i. L. 3. & 25. ff. de O. & A. Struv. Exerc. 3. §. 87. seqq.* Hahn. *Tr. de Jure Rer. cap. 1. concl. 9. seqq.* cuius utraque species ad scopum nostrum pertinet, cum jus furii non solum, qua constitutum, sed etiam qua constituendum & adquirendum, considerationi subiecturi simus.

Furnus ein Backofen / denotat locum, in quo panis decoquitur. 8 Et ita accipitur in *L. 24. §. 7. ff. de damn. infect. & L. 27. §. 10. ff. ad L. Aquil. Paul. Christin. ad Confessio. Mecklinens. Art. 5. n 2.* Ejus 9 Etymologia æque trita non est. A furvo furtum derivat Imperator in *§. 2. J. de Oblig. qua ex del. nasc. & L. i. pr. ff. de furto.* quem facile,

A 3 dum



- dum certius nihil constat, sequi possumus; quemadmodum enim furtis, sic furnis quoque nigrum convenit; quippe qui furvo sive nigro colore conteguntur Christ. d. l. ut hinc ab identitate rationis ad identitatem dispositionis argumentari, non incongruum sit. L. 32. ff. ad L.
- I. Aquil.** Manifeste autem a Furno diserepare *fornax* & *fornix* videntur; quamvis ratione structurae convenient; cuius rationem inquirant illi, quibus circa vocabula hærerere volupe est. Alias etiam Clibanum appellant, qui tamen præterquam, quod sit furnus portatilis, primum ex fictilibus, postmodum ex ferro & ære fieri solitus V. Camill. Borell. *de Magistrat. Edict.* L. 4. C. 7. n. 44. aliis potius rebus, quam panibus coquendis destinatus est, & Pharmacopolis, Dulciariis, Monialibus inservit. Camill. Borell. d. num. 44. add. Hering. *de Molendin.* Qv. 2.
- I. 2.** n. 78. & Brodæus *lib. 5. Miscell. cap. 21.* Ab hoc Clibanarii olim dicti, quos cataphractos hodie vocamus equites, de quibus Veget. *de Re Milit. lib. 3. C. 23.* add. Hering. d. l. ob thoracis forte figuram, quæ in formam Clibani convexa est. Sicuti ob eam rationem etiam Testudinis vox multis rebus communis est.
- I. 3.** Fornacem & Caminum, de quo vid. Hering. *Mantiss. Tr. de Molendin. Subject.* C. 2. per tot. usus a furno distinguit, utpote, qui immediate hominum usui calefaciendo potissimum inserviant, nos itaque non tenent. Sic quoque diversia nostro sunt foci frumento torrendo idonei, Malz-Defen. Vid. Christian. d. l. furni lateribus præparandis conducentes Ziegel-Defen / Pfeil. L. 2. *Conf. 200.* Fornaces ad Calcem coquendam exstructæ Kalc-Defen. Tholosan. *Synt. Jur. Univers.* L. 4. c. 20. n. 1. Vitrorum Glas-Defen. *Id. Lib. 2. c. 6. n. 8.* Furni sigulini Brenn-Defen. Tholosan. d. l. 2. 18. *cap. 22. n. 7.* Furni Gypfarii. *Id. d. n. 7. &c.* & alii.
- I. 5.** Qui furno præsunt, furnarii in L. 24. §. 7. ff. *de damn. infest.* vocantur. Paul. Christian. d. n. 2. sub quibus tamen non solos Pistoriæ, sed alios omnes, qui vel ab his vel aliis ad hoc conducti sunt, comprehendero. Fornacarius in L. 24. §. 9. ff. *ad Leg. Aquil.* cum furnario non videtur unus idemque esse, cum & fornax a furno, ut dictum, differat. Simili ratione fornacator, de quo in L. 14. ff. *de instruct. vel instrum. Leg.* a furnario quoque differt, quippe qui interficit calefaciendo balneo,
- I. 7.** Glossa ad d. l. *FURNARIA* artem Pistoriam potissimum significat; quam etiam A. Vitelli Aviam exercuisse, testis est Suetonius *Cap. 2. Vit. Vitell.* ut hinc furnariam exercere sit ex furno panisque coctura quæstum

quaestum facere, vel furnos conductoribus locare. Secundario tamen etiam Jus, quod nobis mox describendum est, eam denotare afferuero. Per hoc jus enim sunt isti, quod sunt. Simili ratione ac Precaria, qua de *V. tot. tit. X. de Precar. & Nov. 7. pr. & c. 4.* Angaria & Parangaria *2. F. 56.* Avaria. *V. Schottel. de antiquis quibusd. & Singul. in Germ. Jurib. & Observ. cap. 21. per tot.* Ex his *Jus furni* describimus, quod sit *Jus habendi furnum quaestus vel utilitatis gratia.* Jus diximus, *18* quoniam furnum hic non materialiter consideramus, sed formaliter & effective; isto enim casu non potest alterius esse, nisi domini; Jus autem in furno habere potest etiam non Dominus; qua ratione quoque prolixior se se sitist Tractatio. Non est præterea unda hic *Questio: 19* an ad Regalia minora *Jus* furnorum pertineat? Ad quam questionem breviter negando respondemus; (1) quoniam non recensetur in *2. Feud. 56.* ubi Regalium minorum sedes est. (2) quoniam omne hujus Juris emolumenntum ad Privatos pertinet; quale, quemadmodum in simili dicit Dn. a Seckendorf. im Deutschen Fürsten-Staat / ad Regalia non referri potest. (3) quoniam objectum Regalium sunt bona publica. Vid. Struv. *Synr. J. F. C. 6. Aph. 13. n. 5.* Et in terminis nostris de furno hoc ita decidit Cravetta *Cons. 861. n. 4.* & *Cons. 871. n. 5.* & quos ibi allegat. Quodsi tamen verum fateri velim, vix moribus seculi præsentis convenit, Regalia ex allegato textru Feudali *2. F. 56.* inquisivisse; Lator eorum natura hodie est: dum multa Principes Regalium nomine hodie exercere videmus, que sua natura nil minus sunt, quam Regalia; sunt tamen talia ex accidenti; quatenus soli Principi sive tacito sive expresso populi consensu relicta, quorum exercitium postea nemini competit, nisi qui concessione Principis se munitur esse probaverit. Quod si ergo Regalia minoria alias sunt Jura Principi relicta in utilitatem & emolumenntum Fisci, quis non & furnorum *Jus* Regalibus annumerari posse dixerit? scil. ubi subditis licentia tantum est publicis furnis a Principe constitutis utendi, hoc pacto, quo Fisco certam pensionem pro usu eorum exsolvant. Non solent quidem facile Principes sibi talia, que quotidianis omnium usibus inserviunt, arrogare; quod si tamen ex Ratione Salutis Publica id factum fuerit, mox pro Regali, in effectu sui juris, *jus furni* habendum esse, nemo iverit inficias. Ob quam causam *Jus furni* postea per investitaram a Principe aliis concedi solet, uti inferius monebo. Sic per se neque servitus *21* est hoc *Jus*, licet in modum Servitutis possit competere. *V. infra.*  
*Dixi,*

## CAPUT I.

8

- 22 (II). Dixi, *babendi furnum*, voce habendi cum effectu accepta, quatenus Jus hoc non in aptitudine consistit, sed in facultate exercendi & fruendi. Et deinceps generaliter dixi *babendi*, ut sic complectar furnos, quos in suo quisque Dominii & libertatis naturalis nomine habet; & quibus in alieno quoque in modum servitutis utitur aliquis,
- 23 (III). Dixi, *quaesitus vel utilitatis gratia*; ut comprehendam furnos tum Mercenarios, tum Bannarios, tum alias quosvis, quos in suo quisque
- 24 ad suam & suorum sustentationem habet. Hujus autem Quæstus & Utilitatis hic immediatum subjectum requiro, unde patet, cur non di-  
xerim esse jus exercendi furnum, quoniam etiam alieno nomine quis furnum potest exercere, ut Pistoris Mediastinus aut servus; nomine Pupilli & Minoris Tutor & Curator, ad quem tamen ex quæstu nihil pervenit, sed primo pro operis locatis aliunde satisfit; nisi societatem ita inverint ut operas alter, alter furnum præstet, arg. l. 29. §. 1. ff. pro Socio, quo casu acquisitus quoque inter ipsos communis erit. l. 29. pr.  
¶ l. 63. §. 5. d. t. Circa divisionem non multum laborandum duici-  
mus; ut enim furnos in Universitatis & singulorum; sive Publicos & Pri-  
vatos, Bannarios &c, ad quos ex mera voluntate itur vel non itur, Mer-  
cenarios, & quibus ex familiaritate vel alias gratis utimus, Servientes &  
Liberos, dividimus, sic Jus circa illos quoque dividi & applicari hisce  
membris potest. Quod si præter prædictas species forte a ratione  
structuræ, aut usus, locive in Portatiles & Fixos, aliterque dividi pos-  
sent, ea tamen divisio nullum effectum in Jure producit; nisi quod
- 26 prius dubitationem injicere queat; An furni ad res mobiles an immo-  
biles pertineant? Quod licet otiosum forte sit querere, cum ut plurimum  
furni fixi sint; Jura v. circa illa constituta sint, quæ ut plurimum
- 27 accidunt l. 3. ff. de LL. Hinc Plin. lib. 19. c. 1. dicit, quod furnus ex ce-  
mentis seu lateribus & calce constet, magnusque & immobilis sit. Ne  
tamen in minimis quoque desimus, posterius in questione affirman-  
dum & furni etiam portatiles ad res immobiles referendi videbantur;  
rationem ob hanc, quoniam in rebus hujusmodi non tam ad corpus,  
quam usum respicitur, quam non præstare furni, nisi fixi fuerint, simi-  
liter ut molendina navalia & pneumatica ob eandem rationem rectius
- 28 referuntur ad res immobiles ab Hering. Tr. de Molendin. Q. 8. n. 6.  
seqq. quam ad res mobiles a Carpz. P. 3. C. 31. D. 4. Verum vix eu-  
to huic comparationi molendinorum insisti poterit; Fageot nullum  
navalia præstare usum nisi affixa terra; In ulo vero furorum porta-  
tilium nil tale exigitur; quod enim terræ imponantur, cum quis illis uci-  
vult,

vult, non magis eos facit immobiles, quam sellas & scabellas, quibus quis  
cupit insidere. Longe itaque aliud est, in terra positum esse, & esse ter-  
re affixum. Retinebunt ergo hi furni naturam mobilium & sic in Saxonia,  
ubi maritus haeres mobiliaris est suæ uxoris Berlich. P. 3. Concl. 29. n. 30. si-  
miles quoque furnos successionis juri sibi vindicabit; sicut idem quoque  
dicendum de molis manuarii von den Handmühlen. Quibus ita brevi-  
ter præmissis ad ulteriora progredior.

## CAPUT II.

De

### Personis, quibus Jus furni competit.

#### SUMMARIA.

Furni exstrucción facultatis natu-  
ralis est. n. 1.

Eius ratio. n. 2.

Concessio ad ea trahitur, sive quibus  
ea expediri nequit. n. 4.

Conservacionem sui ipsius quovis mo-  
do procurandi quilibet potestatem  
habet. n. 5.

Quilibet in suo Jus furni habet n. 6.

Diversum hodie in molendinis obtinet.  
n. 7.

Ad exstrucciónem furni in suo non o-  
pus est speciali imprecatione. n. 8.

Vassalus in feudo absque consensu  
Domini furnum potest exstruere.  
n. 9.

Investituram stricto interpretandam  
& quod ea expresse non est con-  
cessum, ad eum censeri quomodo  
intelligendum? n. 10.

Pistor sine Consensu Collegii furnum  
potest exstruere n. 11.

Vol. III. Disp. XIV.

Receptus in Collégium omnibus ejus  
Privilégis fruatur. n. 12.

Concesso uno conceduntur omnia ad  
unum necessaria. n. 13.

An sine peculiari concessione furnum  
destructum readificare possit, qui  
de novo sine ea aliquem edificare  
non potuit. n. 14.

Ut illis fundi Dominus furnum edifi-  
care potest, & ibi ratio. n. 15. seqq.  
Vassalus in re feudali habetur pro  
Domino. n. 18.

Vassalus feudo adficia & per conse-  
quens furnos quoque imponere  
potest. n. 19.

Ampliatur. n. 20.

Vassalli heredes impensis in furni ex-  
strucciónem factas repetrere pos-  
sunt. n. 21.

Diversum Jure Saxon. obtinet. n. 22.  
Emphyteuta etiam furnum edificare  
potest. n. 23.

B

Qui

- Qui finita Emphyteusi sumitus repetit?* *Ampliatur n. 50.*  
*n. 24.* *Ampliationis declaratio. n. 51.*
- Ampliatur n. 25.* *Alia Ampliatio. n. 52.*
- An Canon angendas ob furni exstru-*  
*ctionem? n. 26.* *Respondeatur ad contraria. n. 53.*
- An Dominus directus in feudo fur-*  
*nū posse exstruere? n. 27.* *Quilibet in suo furnum edificare pot-*  
*est, etiam si aliis cum furnis investi-*  
*tus sit. n. 54.*
- Uſufructuarius furnum nequit ex-*  
*struere. n. 28.* *Cujus rationes subjiciuntur. n. 55. seqq.*
- Respondet. ad l. 13. §. 5. ff. de Uſufr.*  
*n. 29.* *Respondetur ad contrarium. n. 57.*
- Ad d. l. 13. §. 6. n. 30.* *Quilibet in suo furnum edificare pot-*  
*est, etiam si testator uni furnum,*  
*alteri fundum sine eo reliquerit.*  
*n. 58.*
- Ad d. l. 13. §. 5. n. 31.* *Respondetur ad contraria. n. 59. seq.*
- Uſufructuarius furnum sartum te-*  
*ctum servare tenetur. n. 32.* *Qui diversa prædia possidet, in sin-*  
*gulis furnum edificare potest. n.*  
*61.*
- Repetit impensas. n. 33.* *An Successor edificare furnum possit,*  
*cujus Autor non potuit? n. 62.*
- Vidua dotalio an edificare possit*  
*furnum? n. 34.* *Declaratio hactenus dictorum. n. 63.*
- Respond. ad Carpov. P. 3. C. 16.* *Ordo Pistorius ubi olim receptus &*  
*D. 6. n. 6. n. 35. seqq.* *eius Officium? n. 64.*
- An Maritus in fundo dotali? n. 37.* *Magister Panificii in Gallia. n. 56.*
- Subjicitur ratione Uſufructuarii &*  
*quior Sententia. n. 38. seqq.* *Ordinis Pistorii recipio an deroget*  
*Uſufructuarius furno uifrui potest.*  
*n. 41.* *facultati naturali edificandi fur-*  
*nos? n. 66. seqq.*
- An Creditor in fundo oppignorato*  
*furnum edificare queat? n. 42.* *Respondetur ad contraria. n. 70. seq.*
- Quid si patrum Autobretium pigno-*  
*ri adiectum? n. 43.* *Quantum furnus a Pariete vicini*  
*dispare debeat? n. 72.*
- Respond. ad contraria. n. 44.* *Attendenda hic Statuta & locorum*  
*Confuetudines. n. 73.*
- An Curator bonorum? n. 45.* *Quid Jure Sax. obtineat? n. 74.*
- An Colonus? n. 46.* *An & quando quis prohiberi possit,*  
*ne contra murum vicini furnum*  
*adscitet? n. 75.*
- An Tutor & Curator Minorum? n. 47.* *Quale remedium hoc easu adhiben-*  
*diendum? n. 76.*

*Quid*

DE PERSONIS QVIBUS JUS FURNI COMPETIT. II

|   |   |
|---|---|
| Quid si Paries communis sit? n. 77.                         | Quinam potestatem habent condendi<br>italia statuta? n. 94. |
| Quid si fundus sit communis? n. 78. seqq.                   | An Ordo Pistorius l. n. 95.                                 |
| Aut fundus serviat? n. 80.                                  | Per Confvetudinem. n. 96.                                   |
| Aut in Vicinia velit quis edificare?                        | Per Prohibitionem. n. 97.                                   |
| n. 81. seqq.  | Declarantur. n. 92. & 96. dicta. n.<br>98. seqq.            |
| Respondeatur ad contraria. n. 87. seqq.                     | Quibus prohibitio debet fieri? n. 101.                      |
| Quid si in fundo publico furnum<br>quis exstruxerit? n. 90. | An judicialiter? n. 102.                                    |
| Aut viceversa Universitas in fundo<br>publico. n. 91.       | Per Pactum. n. 103.   |
| Facultas Naturalis refringi potest<br>per Statutum. n. 92.  | Singulare Juris Saxon. n. 104.                              |
| An Statuum hujusmodi valeat? 93.                            | An illud extra Saxoniam exten-<br>dum? n. 105.              |

**A**dificare furnum facultatis naturalis est, tum ob L. 5. ff. de J. 1.  
& J. & L. I. §. 11. ff. de Aqua pluv. arc. V. Dn. Brunnem. Comm.  
Cod. ad l. 8. de Servit. & aqu. n. 2. & Besold. Vol. 3. Conf. 135. per 2  
tot. Tum quod sine furnis usum panis nequeamus consequi,  
qui cum vita & Corporis naturale nutrimentum sit, quod concessit ac per- 3  
misit Natura, consequens est, ut concessisse quoque eadem exigitanda  
sit, quibus illud naturale nutrimentum carere nequit l. 2. ff. de Jurisdict. l.  
56. & 62. ff. de Procurator. Concessio quippe ad ea trahitur, sine quibus 4  
commodè explicari eadem nequit arg. L. 7. §. 13. ff. ad Scum Macedon. Cra-  
vetta Conf. 871. n. 4. seqq. Ad Conservationem itaque sui ipsius cum perti- 5  
neat furnus, quam quovis modo procurandi quilibet potestatem habet, Dn.  
Zigler. ad. Grot. Lib. 1. C. 3. §. 4. verb. his etiam. add. Pufendorff. de J. N. &  
G. l. 2. c. 4. §. 1. Sequens Axioma generale formo: Quilibet in suo Jus 6  
furni habet. Cravetta d. l. & Conf. 861. n. 39. Tholosan. Syn-  
tagm. Jur. Univ. l. 18. c. 22. n. 8. Borell. de Magistr. Edict. l. 4. c. 7. n. 33. Etsi 7  
autem eadem quoque ratio in molendinis militet, ut hinc, ubi eadem est  
ratio, idem quoque Jus esse debeat l. 32. ff. ad L. Aquil. in molendinis tamen  
diversum hic obtinet, quorum exstructio licet Jure Comin. cuique concessa,  
quemadmodum intelligo Borell. d. l. n. 37. seqq. Rosenthal. de Feud,  
Cap. 5. Concl. 28. Gail. l. 2. Obs. 69. n. 27. hodie tamen, moribus locorum  
nisi a Principe concedatur, non competit. Hering. de Molendin. L. 7.  
n. 2. seqq. Carpz. P. 2. c. 4. D. 10. n. 2. Struv. Syntag. S. F. C. 6.

- 8 *Aphorism. 7. n. 5.* Adeo autem præcedens Axioma verum est, ut (1.) Non opus sit prævia facultatis hujus impreatione ædificare. Quæ enim Jure communi competunt, speciali impreatione opus non habent. *arg. l.*
- 9 *1. C. de Thesaur. & ibi Dn. Brunnen. n. 10.* Hinc quando Vasallus in feudo vult ædificare furnum, non tenetur consensum Domini requirere, licet ea facultas in literis Investituræ ipsi expresse concessa non sit. Vasallus enim utilis est feudi Dominus, Rosenthal. *de Feud. Cap. 10. concl. 6. n. 1.* adeoque versatur in feudo tanquam in re sua. Non obstat, quod Investitura stricte sit interpretanda, Rosenthal. *d. c. 1. concl. 12. n. 2.* & quod per eam expresse non est concessum, admittum censeatur; hoc enim intelligo de iis, quæ nisi per investituran non possunt competere, & sic ad alia, quæ sunt facultatis naturalis, trahi nequit. Pari ratione novo Collegii consensu Pistor ad exstrunctionem furni opus non habet, quæ enim omnib⁹ competunt, non possunt uni denegari. Nec obstat, quod panes coquendi & vendendi facultas speciali Jure hodie competit; receptus enim in Collegium statim fructuristiis Collegii privilegiis. *Dn. Brunnen. Comm. cod. ad l. Un. de Privileg. Comparat. Urb. Rom. n. 2.* Et per consequens adeptus facultatem istam coquendi panes & vendendi, adeptus quoque censem facultatem ædificandi in suo furnum, tanquam medium, sine quo istam facultatem exercere nequit. Concesso enim uno, conceduntur omnia ad unum illud necessaria. *Barbosa locuplet. Cap. 38. Axiom. 16.* Quæritur vero: Si ad ædificationem furni peculiari concessione opus quis habuerit, an sine ea destrutum readificare possit? Affirmantum Sententiam ex sequenti ratione tueor; (1.) Quoniam ista facultas semel legitime quæsita avelli ab eo rurus haud debet *l. f. ff. de p. act.* Concedens enim potestatem ædificandi furnum non videtur ad præsentem furnum respicisse, sed ad perpetuam imprestantis utilitatem; concessiones enim in hujus favorem latissime sunt interpretande *l. g. ff. de Constit. Principum.* (2.) Qui readificat, non facit novum furnum *l. 1. §. 13. ff. de Op. nov. Nunc.* & ibi Hahn. ad *Wesenbec. n. 6.* Itaque nihil facit, quod nova Concessione opus habeat; Dum enim ædificandi furnum, quod plus est, destrutum quoque readificandi, quod minus est, facultatem imprestare censendus est *cap. 53. de R. J. n. 6.* Accedit (3.) favor readificationis; pertinet enim ad decus Urbium, ne ædes derelinquantur *l. 20. §. 10. ff. de Op. nov. nunc. l. 2. §. 17. & l. fin. ff. ne quid in loc. publ. Gail. de Pignoration. C. 20. n. 5.* favores itaque ampliari, odia vero restringi convenit, c. *Odia. de R. J. in 619.* Ampliatur prædictum Axioma; ut in suo quilibet ædificare furnum

furnum possit, etiamsi (II.) In fundo tantum utile dominium habeat, 15  
 tum quod nūspīaro hoc exp̄s̄e sit prohibitum, talia vero concessa 16  
 esse intelligantur. 28. §. 2. ff. Ex quibus caus. Major. Tum quod melio. 17  
 rem liceat fundi conditionem facere non deteriorem. L. 13. §. 5. ff. de II-  
 fusfr. Quod attinet itaque (1.) Vasallum; habetur is in re feudali pro 18  
 domino 2. F. 8. Rei autem & 2. F. 13. Unde plenissime feudo utitur frui-  
 tur, & de ejus proprietate quoque participat; quemadmodum itaque  
 Dominus liberum rerum suarum habet arbitrium, L. 21. C. Mandat.  
 Sic Vasallus quoque feudum ad usum proprium aptare & imponere 19  
 feudo ædificia potest. 2. F. 28. vers. Si Vasallus, Struv. Syntagm. J. F. 6. 12.  
*Apporism.* 8. n. 2. Rosenthal. de Feud. c. 10. Concl. 143. n. 15. dum vero æ-  
 dificia, furnos quoque, ædificium enim tanquam genus includit omnes  
 species & pertinentias sub se comprehensas. L. 15. §. 1. ff. de Pignoribus  
 janct. L. 4. C. de Praescript. 30. vel 40. annor. Et hæc facultas Vasalli 20  
 eousque extenditur, ut ipsi competat, licet furno Domini per conse-  
 quens aliquod lucrum decedat, etenim tanquam utilis dominus non  
 minus re feudali, quam allodio sine injurya Domini uti poterit, Rosen-  
 thal cap. 5. concl. 29. n. 8. Quod si vero deinceps morte Vasalli ad Do- 21  
 minum redeat feudum, heredes Vasalli impensis in furni extractionem  
 factas possunt repetere 2. F. 28. vers. si Vasall. & 2. F. 8. §. E contrario, secus  
 ac Jure Saxon. ubi feudum cum ædificio a Vasallo exstructo sine ulla im- 22  
 pensum refusione ad Dominum pertinet, per text. in Land N. L. 2. Art.  
 21. Carpz. P. 3. C. 3. Def. 1.

[II] Circa Emphyteutam idem Juris est, tum quoda feudo ad 23  
 Emphyteusin argumentum valcat, Everhard. loc. topic. legal. loc. a  
 Feudo ad Emphyteus. n. 1. tum quod Emphyteuta majorem potestatem  
 in re habeat, quam Vasallus, Struv. Syntagm. J. F. cap. 2. Apb. 10. n. 1.  
 Hinc finita Emphyteusi sumptus quoque perinde ac Vasallus in furni 24  
 ædificationem impensos repeatit L. pen. ff. locat. Gail. L. 2. Obs. 121. n. 15.  
 etiamsi ob canonem non solutum Emphyteusi privetur, qvoniā has 25  
 impensas ex natura Contractus non tenebatur facere. Carpzov. P. 2.  
 C. 38. Def. 12. n. 10. sq. Esi autem fundus ita reddatur melior, canon 26  
 tamen propterea augeri non debet. Carpzov. P. 2. C. 38. D. 22. add.  
 Dn. Brunnem. Comm. Cod. ad L. ult. de Alluvion. 2. Viceversa quo- 27  
 niam Vasallus Domino ea tenetur in feudo concedere, quæ sibi non  
 nocent, & Domino prosunt, V. Pistoris. P. 3. Q. 25. Dn. Eyben. Elef.  
 Feudal. c. 12. §. 3. Existimaverim quoque, Dominum in fundo feudali  
 B. 3. vel

vel Emphyteutico quoque furnum ad necessitatem suam ædificare posse; hoc enim æquitatis est, ut concedat alteri, quod ipsi prodest, sibi vero nullum affert detrimentum L. 5. §. 8 ff. de Aqu. pluv. arcend.

- 28 Istæc vero plena fruendi facultas cum usufructuario concessa non sit, quippe quia sicutum Jus in re habet, non vero dominium, l. 43. §. 4. ff. de furt. L. 25. ff. de V. S. add. Vincent. Filluc. Quæst. moral. de Christ. Offic. Tom. 2. Tr. 31. c. 3. n. 57. consequens est, ut nec ædificandi furnum Jus habeat per l. 14. & l. 13. §. 6. 7. & 8. ff. de Uſuſr. quibus tex-tibus non solum de novo exstruendi, sed ædes quoque immutandi imo balneum faciendi facultas ipsi ademta est. Facit, quod concedens Usufructum, ad præsentem fundi faciem videatur respicisse; non autem, ut ad utilitatem suam immutet, permisisse. Itaque ad inco-gitata, hujusmodi conventio extendi nequit l. 9. §. 1. & ult. ff. de Trans-act. Carpz. P. 2. C. 34. Def. 19. n. 5. quod si tamen privatæ necessitatis gratia furnus sit exstructus, non animo lucrum ab aliis inde captandi, non putarem hoc Usufructuario denegandum esse, præcipue si in vici-nia non adesset furnus, quo commode uti posset; Et si ita ædificarent, ut nullum ædibus usufructuariis inde metuendum periculum. Cæterum priori sententia non obstat [1] quod Usufructarius proprietatem meliorare possit. d. l. 13. §. 5. nam acquisita servitute quoque fundus fit melior, eam tamen fundo usufructuario Usufructarius acquirere nequit l. 15. §. 7. ff. d. t. Nec obſt. [2] d. l. 13. §. 6. ubi ædifica ad fructus percipiendos necessarios ponere ipsi permisum est; ad ea enim furnus referri nequit, quia ad fructuum perceptorum usum iste perti-3 net. Nec obſt. [3] d. l. 13. §. 5. nam eam ex l. 9. pr. d. t. explico; ut lapidinæ, cretifodinæ, arenifodina ad ea pertineant, quæ in fundo naſcuntur, ea autem fundi Usufructu constituto recte comprehen-duntur. Hoc tamen ad furnum applicari nequit, quoniam hic non ex ipso fundo prœvenit, sed tanquam adjunctum ipsi accedit; inter quæ magna est diversitas; ut hinc a diversis nihil concludatur l. 10. C. 32 de Probation. & l. 10. de Donat. inter Vir. & Uxor. Sartum tectum tamen ſervare potest furnum tum per l. 7. C. de Uſuſr. tum quod in modum boni Patrif. uti frui debeat per l. 65. pr. ff. eod. & licet impensa alias cum fru-3 etibus compensentur l. 48. ff. de R. V. si quid tamen ultra, quam impendi de-beat, hic erogatum est, a proprietario potest repetrere, d. l. 7. & ibi Dn. Brunnem. n. 2. Carpz. P. 3. C. 31. D. 9.

Uſuſ-

Uſusfructus species est dotalitium. Uxor enim post mortem ma-<sup>34</sup>  
riti certis ejus bonis utitur fruitur, Schneidev. de Success. vir. & Uxor.  
n. 13. Carpov. lib. 6. Reſpons. 55. n. 4. Struv. Syntagma. J. F. c. 14. Apb. 9.  
quod itaque de Uſuſructu dictum, hic repeti potest, quæ enim de  
genere dicuntur, de singulis quoque ſpeciebus dici, neceſſum eſt,  
arg. l. 7. §. 10. ff. de Paſt. Nec obſtant, quæ Carpz. P. 3. C. 19. D. 6. n. 6. 3 5  
habet, nihil excogitari poſſe feudo ſimilius, quam dotalitium,  
adeo ut quam plurimum æquiparent & pro eodem accipientur;  
furnum vero ædificandi facultatem dum in feudo Vasallo competere  
ſtatui, ſequi quoque videtur viduæ in dotalitio iſtam potefatam  
conceſſam eſſe, in ſimilibus enim idem debet eſſe judicium cap. 4. X.  
de Reſcript. c. 2. verſ. Sicut. X. de Translat. Epif. Verum loquitur <sup>36</sup>  
Carpz. d. l. de Jur. Saxon. quod tanquam statutum ita eſt interpre-  
tandum, ut quam minime recedatur a Jure Communi cap. 18. X. de  
Reſcriptis & ibi Panormitan. & ut evitetur Juris Communis correſtio  
cap. 8. verſ. Quia nobis X. de Conſuetud. Gail. l. 2. Obſ. 33. n. 4. Jure Comm.  
itaque cum uſuſructuario ædificare non licet, quemadmodum ſupra  
oſtenſum, ſtatutum vero hanc facultatem Viduæ expreſſe non con-  
cedat, neque eadem Jure Saxon. poſteſt competerere, quod enim fla-  
tutum non dicit, id nec nos dicere debemus l. 64. §. 9. ff. Solut.  
Matrimon. Gail. d. l. n. 2.

Quid vero de fundo dotali dicendum: An Maritus in eo fur-<sup>37</sup>  
num poſteſt exſtruere? Competit equidem iſi quoque uſuſructus  
pro oneribus Matrimonii in fundo dotali. L. 7. ff. de Jur. dot. l. 20.  
C. eod. Carpz. lib. 5. Reſpons. 64. n. 1. pinguis tamen Jus habet  
Uſuſructuario; inde Dominus dotis arg. l. 1. C. de ſervo pign. dat.  
manum, & ibi Dn. Brunnem. n. 1. pr. J. de Quib. alien. liceat vel non l. 21.  
§. 4. ff. ad Municipal. l. 30. C. de Jure dot. l. 9. C. de R. V. & res U-  
xor. ſuo arbitrio gubernare dicitur l. 8. C. de Paſt. convent. Quana  
ob cauſam ſtatu, marito in fundo dotali furnum exſtruendi  
facultatem denegandam non eſſe, per l. 7. §. 16. ff. ſolut. matri-<sup>38</sup>  
mon. Coeterum eti quod Uſuſructuarium attinet, de Jure Civili haec  
aliter ſeſe non habent, impiciendos tamen hic mores locorum  
tanquam optimos legum interpetes l. 37. ff. de LL. eſſe, non diffiteor.  
Præterquam enim, quod multæ inanæ tricæ hic appearant,  
teſte Dn. Brunnem. ad l. 44. ff. de Uſuſr. n. 3. Horum omnium  
quoque eſt ea ratio, quod mutata forma uſuſructus non conſtitat,  
Dn.

Dn. Brunnem. d. n. 3 quæ dubio procul altera est fortior, quod meliorum alterius conditionem quavis ratione licet facere; l. 13. §. 5. ff.  
 39 de Usufr. cui utique standum. Meliorem vero fieri Usufructum furno extructo probatione egere non existimo, Vid. Struv Synt. f. F. C. 15. Apb. 16. Carpz. P. 3. C. 31. D. 1. Berlich. P. 3. Concl. 42. ita enim non solus Usufructuarius, sed Proprietarius quoque feudo melius uti  
 40 potest; Nec obstat, quod ita Jus acquirat Usufructuarius ad repetitionem meliorationis, Berlich. d. l. n. 15. sqq. toties autem conditio alterius dicatur reddi deterior, quoties contra alium quis Jus in re vel ad rem acquirit Eckold. Comm. ff. ad Tit. de Autorit. Tutor. §. 2. facilis enim negotio ad hoc responderi potest, intelligi illud oportere, si magnum sublit præjudicium, aut conditio Proprietarii hujusmodi  
 41 sumus non ferat. Quin vero Usufructuarius furno anteā extructo utifruī possit, illud nec jure Civ. dubium est, tum per l. 7. §. 1. & l. 9. pr. ff. de Usufr. quæ generales; tum quod iis quoque utatur fruatur, quæ ad voluptatem faciunt, l. 9. §. 5. & l. 62. pr. eod. ff. d. t. Dn. Brunnem. ad Wefenb. n. d. 1. Q. 8. quanto magis igitur īs, quæ ad necessitatem & utilitatem.

Nondum transfire ad alia possum, quin de Creditore & Curatore  
 42 subieciam pauca. Quod attinet itaque Creditorem, is in pignore quidem jus reale consequitur l. 30. ff. de Noxal. Action. L. 19. pr. ff. de dann. infect. inferiori tamen hoc omni Jure in rem est, teste Hahn de Jure Rer. cap. 2. Concl. 19. quicquid igitur de Usufructuario dici non  
 43 potuit, illud multominus de Creditore poterit intelligi. Et licet pactum Antichreticum adjectum sit pignori, quo utendi facultatem consequitur Creditor, l. 11. §. 1. ff. de Pignorib. Franzk. eod. n. 47. nondum tamen eo modo, quo Usufructuarius utitur, etenim fructus certi debent usuris æquales esse nec eos excedere; secus ac incerti Carpzov.  
 44 P. 2. C. 30. D. 41. sq. Nec obstat, quod competit Creditori Actio contraria ad impensas repetendas, l. 8. ff. de Pignor. Action. l. 7. C. eod. nam dd. ll. loquuntur sātem de impensis necessariis, adeoque ad impensis utiles non sunt extendenda, quas Creditor nisi voluntate Debitoris tacita vel expressa accende facere non potest, l. 25. ff. d. t. Frantz.

45 Comm. D. Tit. de Pignorat. Act. n. 33. Ex quibus satis patet, Jus furni extrudi Creditori in fundo oppignorato non competere; quod idem de Curatore honorum quoque dicendum esse, non  
 dubito

dubito. Etsi enim ille repräsentet personam Domini, Eckold. *Com.*  
*D. Tit. de Curat. bon. dand.* §. 2. hoc tamen intelligo saltem quoad Actio-  
nes excipendas & movendas, quippe officium hujusmodi Curatoris  
in eo consistit, ut omnes Actiones exerceat, Carpz. *P. 3. C. 14. D. 8. n. 3.*  
& ejusmodi Curá consistit in nuda custodia, Carpz. *P. 3. C. 15. D. 51. n. 3. &*  
*Def. 52. n. 1.* quod omne ratione singulari infavorem Creditorum po-  
tissimum constitutum est, & sic ad consequentias trahi nequid, *L. 23. §. 3.*  
*ff. de fideic libertat.* *C. 78. de R. J. in 6.*

Supereft, ut de Colono dicamus: An tempore locationis furnum 46  
excitare possit? Pro negativa facit. (*I.*) *L. 15. §. 1. ff. locati Cond.* ubi refe-  
rētio fundi locati refertur ad Locatorem, quando magis igitur, si de no-  
vo aliquid ædificandum (*2.*) quoniam Uſufructuarius furnum nequit  
extruere, quo longe inferioris Jus habet Conductor, cum nec res ipsi,  
sed saltem persona devicta sit. Verum expresse facultatem ædificandi non  
solum necessario, sed utiliter quoq; Colono facit *L. 55. §. 1. ff. d. 1.* accedit,  
quod impensas tam utiles, quam necessarias repetere possit colonus *L. 7.*  
*§. 16. ff. solut. matrim.* quare ab effectu ad causam quoq; argumetandum.  
Ad *d. l. 15. §. 1. locat.* respondetur, eam intelligi, si conductor nolit resicere,  
tenetur enim huic locator usum rei præfare *L. 9. pr. & L. 33. ff. locat.*  
Quod alterum attinet, dico: Meliorem hic esse Conditionem Coloni,  
quam Uſufructuarii; is enim pro mercede utitur *pr. J. Locat. Cond. I.*  
*23. ff. Comm. divid.* hic vero gratis & ex beneficio; favorabiliora vero  
sunt Jura titulo oneroso quam lucrativo acquisita & sic facilis quoque  
extendi possunt, *per cap. odia de R. J. in 6.* De Tute & Curatore 47  
multo magis affirmaverim, quoniam sunt loco domini *L. 27. ff. de Ad-*  
*ministr. tut. I. n. §. 7. ff. Quod Vi aut Clam.* in loco Patris, Carpz.  
*JPrud. Eccl. L. 2. Def. 47. n. 3.* quoad liberam nempe administratio-  
nem, Wesenb. *nr. Tit. de Adm. Tut. n. 2.* & Utilitatem Pupilli Dn. Brun-  
nen *Consil. 2. n. 12.* & sic extreunctione furni prædium Pupilli vel mi-  
noris melius reddere omnino possunt. Ampliatur prædictum Axio- 48  
ma (*III.*) ut quilibet in suo furnum possit construere, etiam per  
tempus immemoriale ad alium furnum iverit, Rosenthal. *de Feud. cap.*  
*5. concil. 25. n. 3.* Petr. Jacob. *Pract. Aur. Libell. de furn. n. n.* Istius Do-  
mino enim nullum Jus quæsumum est, quo in futurum possit cogere,  
Borel. *de Magistrat. Edit. L. 4. C. 7. n. 28. & n. 31.* Jacob. *de S. Georg. de*  
*Feudis verf.* Et cum Molendin. *n. 4.* hinc quando queritur: An Subdi-  
torum aliquis, si per tantum temporis spatium isti ad Domini furnum  
Vol. III. Disp. XIV.

iverint, in suo furnum aedificaturus prohiberi possim? negantium sententiam merito amplectimur: cum Barthol. Cœpoll. de serv. Urb. Predior. C. 52. Q. 2. Jacob. de S. Georg. d. l. n. 5. Boer. Decis. 125. n. 4. Quoniam ut supra dictum, aedificare facultatis naturalis est l. 24. §. 7. ff. de damn. infest. l. 1. §. 11 ff. de Aqua & Aqu. pluv. arcend. quam non utendo non amiserunt, celaverunt enim forte, quia nullus erat paratus aedificare furnum; vel non placebat eis aedificare & credebant semper sibi Jus duraturum, ut eleganter loquitur Petr. Jacob. d. n. 11. Accedit 49 quod ire ad alterius furnum sit actus merae facultatis, quales etiam per mille annos prescribi nequeunt l. 2. ff. de Via publ. Carnill. Borell. L. 4. C. 7. n. 29. fqq. Boer. Decision. c. 125. n. 5. consistunt enim in mera voluntate & sic infinitatem continent, qualia sunt imprescriptibilia, Borell. d. l. n. 30. Denique ejusmodi prohibitions tendunt ad utilitatem Dominorum privatam, adeoque ambitione sunt, nec fier possunt. l. 4. ff. de decreto. ab Ordin. fac. Borell. d. l. n. 24. Et in terminis facultati aedificandi prescribi non posse asserit per l. 9. ff. de S. l. 50 P. Gail. L. 2. Obj. 69. n. 9. Et haec procedunt, etiam si quis furnum non utilitatis suæ, sed quaus gratia, ut panem in eo coctum incolis vendere possit, extruxerit. Koch. Tratt. de Jure Vicin. c. 5. n. 15. quod tamen de Pistoribus intelligo, quorum Collegia licita & approbata habentur in Republ. V. l. 2. & 5. aliasque. Cod. Theodos. de Pistorib. & castabolenib. & hinc facultas coquendi panes non amplius naturalis est, sed 52 speciali lege huic collegio coepit competere. V. l. 7. C. Theod. d. l. Imo eousque hoc extenditur, ut licet Dominus habeat Jurisdictionem, tamen novi furni extructioinem subditis suis prohibere nequeat, Boer. de Decis. 125. neminem enim sua potestate in alterius præjudicium abutiri 53 convenient: Non obstat, quod vetus consuetudo immutanda non sit l. 7. C. de Servit. & Aqu. non enim est haec consuetudo, utpote quæ in rebus merae facultatis non inducitur. Jacobinus de S. Georg. d. l. n. 4.

54 Ampliator præcedens Axioma [III] Ut licet in suo furnum extruere, etiamsi alius cum furnis investitus esset, Cravet. Cons. 871. n. 6. Quid operetur haec clausula: cum furnis &c. in literis investiturarum, dicam inferius. Quod præsentem ampliationem attinet, ejus rationes haæ sunt: [1] Quoniam omnis investitura intelligitur salvo Jure tertii l. 8. ff. de Aqua & Aqu. pluv. arc. Cravet. d. l. n. 8. Rosenthal. de Feudis cap. 6. Concl. 68. n. 8. Gail. L. 2. Obj. 1. n. 14. Princeps enim omnes subditos

ditos pari dilectione censetur prosequi, itaque uni quicquam concedendo idem alteri non videtur voluisse admirere; maxime cum hoc casu verbis usus sit generalibus; potius enim facile verba certa invenire, quo minus necessum fuisse, laedere Jus tertii. Cravett. d. l. n. 8. (2) Supra dixi ex l. 5. ff. de j. & j. adificationem esse Juris Gentium, ea vero quae Juris Gentium, Principeis mutare vel admirere nequit, Cravett. d. l. n. 9. Jus G. enim factio Principis potentius est arg. l. 17 ff. de pan. Nec obstat, in- clusa persona Vasalli exclusos esse ab hac facultate subditos l. 12. ff. de Judic. quando enim in genere permissionis versamur, unius inclusio alterius exclusio esse nequit. Cravetta d. l. n. 7.

(V) Ampliatur praecedens Axioma, ut in suo quilibet Jus furni habeat, etiam si testator duobus heredibus instituit alteri fundi partem cum furno, alteri vero alteram sine furno reliquerit. Casum talen recente Pileus Modicensi. *Decisio. Jur. Contror. Q. 36.* non enim potest non licere heredi quod defuncto competit, quippe cum quo una persona heres censetur Nov. 48. c. 1. competit illa vero hoc defuncto ex antecedentibus satis patet. Et deinceps prodest etiam extructio furni heredi, in suo vero quilibet facere potest, quod sibi proficuum est l. 1. §. 12. & l. 2. §. 5. ff. de Aqu. & Aqu. arc. ut taceam, rem non amplius defuncti, sed heredis jure censeri, ut sic suarum rerum liberum moderamen & arbitrium ipsi merito relatum esse debeat l. 21. C. Man- dat. Nec obstat (1) quod in altera parte fundi Defunctus longo tempore furno usus non fuerit, rebus enim suis uti vel non uti actus mere facultatis est, cui nec per immemoriale tempus prescribi potest, sepe d. l. 2. ff. de Via publ. Accedit, quod heredes rebus hereditatis aliter uti possint, ac defunctus usus est, arg. l. 11. ff. fin. regund. [2] Quod Testator uni concedendo furnum alteri eundem denegasse videatur; dico enim (1) quemadmodum concessio furni nemini prodest, sic ejus omissione quoque heredi nequit nocere; furnum namque adificare vel non adificare non a concessione aut prohibitione defuncti pendet, sed ex facultatis naturalis. (2) Versamur hic in casu, ubi expresse in fundo hereditario furnum extrudere heres prohibitus non est, nemo vero Iure suo privandus, ubi hoc expresse cautum non reperitur. Adeoque licet Voluntas Testatoris pro Legi alias sit observanda Can. 4. Caus. 13. Q. 2. l. 1. C. de S. S. Eel. hic tamen non adest hujusmodi voluntas Testatoris, nec ex divisione inter liberos talis prohibitio presumi potest, cum omnes potius

potius æqualiter dilexisse præsumatur nec voluisse in dubio alterum altero magis gravare [3] Accedit favore ultimarum voluntatem qui non patitur, ut in odium heredem retorquatur, quod in eorum favorem introductum est l. 6. C. de LL. Cap. 61. de Regul. Jur. in 610.

61 (VI) Ampliatur, ut in suo quilibet ædificandi furnum facultatem habeat, etiam diversa Prædia possideat. Horum singulorum enim ratione pro diversa prædia habetur, arg. l. 22. ff. de his quibus ut indign. l. 26. C. de Administrat. tui, quicquid igitur in suo singulis competere supra ostendi, illud huic quoque in singulis licere existimo. Namque ab utilitate ex re sua resultante excludi Dominus non debet, arg. l. 1. verb. Qua enim Invidia 9. per quas pers. cuique acqu. Et procedit hoc non solum, si in diversorum locorum, sed etiam si in ejusdem Urbis vel Pagi prædiis novos furnos quis velit extruere. Favorem enim iste meretur, qui utilitatem hominum multis modis promovet. Quod si autem hoc ita se habet, multomagis id verum est, quod, si Histor. vel in dotem accepit domum cum furno, aut ex hereditate talis ipsi obvenierit, & hunc & eum, quem antea habuit, retinere possit. Inducta enim est ejusmodi dispositio vel dotalis vel testamentaria ad ejus augmentum, non debet itaque operari diminutionem l. 29. §. 1. ff. de Milit. testam. l. 4. C. cod. Neque enim cogi potest, ut vendat furnum alterutrum; venditio coacta enim non tenet, sed rescindenda est l. 1. t. C. de Rescind. Vend. Franzk. ad Tit. de Conrab. Emu. Vend. n. 84, itaque multominus ab initio ad vendendum cogi debet per l. 11. C. de Conrab. Emu. Vend. maxime cum non subst. vel utilitatis publicæ favor vel alia limitationis ratio, quales recenset Dn. Brunnenm. Cod. add. l. 11. n. 2. Statuta tamen locorum hic attendenda dixerim, quippe quæ hujus, naturalib. facultatib. toto die derogant.

62 Quid dicendum vero, si alii quis successerit, cui Jus habendi furnum non competit, an & huic censeatur esse denegatum? Distinguendum puto, an prohibito alteri facta sit intuitu habitu ad solam personam ipsius an ad prædium. Priori casu quoniam prohibitio est personalis, personam prohibiti non egreditur & l. 7. de J. N. G. & C. l. 12. §. 1. ff. de Precar. sed cum persona interit l. 196. ff. de R. J. alterius odio enim neminem gravari Jus nostrum patitur can. 3. Cauffa. 16. Q. 6. & cap. 2. de R. J. in 6. Quamvis enim heres cum defuncto censeatur esse persona eadem Nov. 48. c. 1. tamen hoc limitationem patitur in iuribus personalibus. Posteriori vero casu,

casu, quoniam prohibitio rei cohæret, cum ea quoque ad Successorem transit *L. 23. ff. de op. nov. Notariat. l. 18. §. 2. ff. de Pignorat. Art.* & sic furnum ædificandi facultas Successori non competit, non enim successor licet, quod Autori suo non licuit, *l. 11. ff. de diversis & tempor. Praescript.* nō ita melioris Conditionis sit successor, quam fuit Autor ipsius. Ea vero, quæ in Antecedentibus dicta, ne dubii multum re-<sup>63</sup>linquant, in sequentibus ita declaranda exigitmo. Dicatum est *n. 6. Jus furni* in suo cuilibet competere. Videtur illa facultas collegis & singulis esse æqualis; & illis quidem speciali Juris concessione magis confirmata, his vero a Natura relictâ est. Ordo enim Pistorius non <sup>64</sup>nostris tantum temporibus, sed ante plura jam secula tam in Urbe Roma *L. 3. Cod. Theodos. de Pan.* quam Constantinopoli *L. 3. Cod. Theod. de frumentar. Urb. Constantinop.* receptus fuit; quorum nec officium circa aliud, quam panem coquendum versabatur *l. 2. Cod. Theod. de frum. Urb. Conf.* Nec defuit ratio recipiendi hoc Collegium, Neces-  
sitates & usus humani, Perez. *ad Cod. Tit. de Pistoribus n. 7.* ubi *n. 8. sqq. 65*  
*ex Mornac* refert, in Gallia esse Panificii Magistrum in aula Regia, qui in omnes Pistores Urbis Parisiensis Jurisdictionem habeat. An vero <sup>66</sup>ista receptio Naturalem hanc facultatem restringat, Quæstionis est? Certe pro libertate semper est præsumptio *l. 8. & 9. C. de Servit. & Aq. 67* adeo, ut in eum, qui in Jure singulari se fundat, onus probandi rejiciat Carpzov. *P. 2. C. 41. D. 18. n. 3. & L. 1. Respons. 67. n. 15. sqq.* est enim præsumptio non hominis, sed Juris, Menoch. *Vol. 4. Corp. 395. n. 2.* Accedit, quod pinsendorum & vendendorum panum facultas etiam <sup>68</sup>recepto Pistorum Ordine unicuique non permisa modo, sed etiam commendata esse debeat, Carpz. *d. 1. 1. Respons. 41. n. 19.* quanto potius igitur facultas ad suam suorumve utilitatem ædificandi furnum; cui enim licet, quod plus est, non debet denegari illud, quod est minus, *cap. 53. de R. J. in 6.* Ut taceam, si ad suum quæstum trahant. Pistores <sup>69</sup>furnorum ædificandorum facultatem, monopolium emergere, quale tamen sub gravi poena prohibitum est. *L. In. C. de Monopol. R. J. de Ao. 1526. §.* Item nach dem die Monopolien, *de Ao. 1529. §.* Item nach dem die Monopolien, *de Ao. 1530. §.* Und nach dem etraq. *& alii plures.* V. Carpz. *d. Resp. 41. n. 7. sqq.* Nec obstat (I) Inclusionem unius ex-  
clusionem esse alterius; ad illud enim iam supra responsum est. (II)<sup>70</sup> Concessiones Pistoribus factas ultra Jus comm. aliquid operari debere <sup>71</sup>*cap. 30. X. de Privileg.* (i) enim concessiones hujusmodi non debent  
quicquam

quicquam operari in alterius præjudicium cap. 2. X. de Religios. domib.  
cap. 2. X. de Eccles. adiſc. & (?) Operantur satis, dum Collogium ipsi  
constituere posunt & panificii exorcendi publicam facultatem acce-  
perunt, licet ea concessio non trahatur ad aliorum exclusionem a furno

72 adiſcando. Sola igitur recepſio Ordinis Piftorii facultatem natura-  
lem non reſtringit; Deinde dictum; in ſuo cuilibet hanc faculta-  
tem compere; quod ita tamen intelligendum; ne vicino danno  
immineat. Hinc furnus a pariete vicini minium unum pedem  
abesse debet, ne per minium calorem murus torrendo debilitetur,  
l. ſin. ff. fin. Regund. Capoll. de Servit. II. P. C. 50. Q. 6. C. 51. Q. 2. C. 33.  
Q. 2. Koch. de Jure Vicinit. cap. 5. n. 13. Aliter Tholofan. Synt. Jur.  
Univ. L. 18. c. 22. n. 7. statuit: priſtinum a domo & furno Vicine ſex

73 pedes ſejungi oportere ob incendiorum periculum. Sed recte hic  
ſtatuta & conſuetudines locorum eſſe attendendas ait Du. Brunnem. ad  
74 d. l. f. ff. fin. regund. n. 3. Et ſic Jure Saxon. furnus a ſepibus vicini triū  
pedum ſpatio diſtare debet; per verba Weidb. Art. 122. Backofen/  
Heimlichkeiten und Schweinföbeln ſollen durch Fuß von dem Zaun  
75 ſtehen. Imo prohiberi quis plane potest, ne contra parietem Vicini  
furnum adiſet, quando incendiī metus ſubeft l. 13. ff. de S. II. P.  
Tholofan. d. l. 4. c. 7. n. 14. aut Vicini Murus debilis eſt l. 8. §. 5. ff.

76 Si Servit. Vindic. Quilibet tamen juxta Vicini murum parvum  
quendam murum potest conſtruire, eique furnum apponere, modo  
muris propriis in Vicini non hæreat. l. 19. §. 1. ff. de S. II. P. Koch. d. n. 13.

77 Ratio. in d. l. 8. §. 5. Si servit. vīnd. Idem obtinet, si paries communis fit,

78 Capoll. d. l. C. 51. Q. 3. In fundo vero communi ne Socius furnum extruat,  
obſtati ratio l. 28. ff. Comm. divid. quoniam in pari cauſa melior eſt ratio  
prohibentis add. cap. 56. de R. J. in 6. & ita tenet Capoll. d. l. cap. 51. Q. 1.

79 niſi fundus illē ad furnum fit deputatus. Id. Ibid. Exſtimaverim ta-  
men, contrariaſ Sententia zquiorem eſſe, ex ea ratione, quoniam  
ſocii in re communi etiam invito altero Socio facere potest, quod  
ſibi prodeſt, alteri vero non nocet. Dn. Brunnem. ad d. l. 28. ff. comm.  
Divid. n. 9. Non potest vero nocere alteri ſocio furni extructio, quippe  
qui facile locum invenire potest, ubi ſocii in uſu fundi non impedia-  
tur, nec etiam fumus frugibus obſit, aut in zdes adſcendat; alteri  
80 vero ſocio prodeſſe maxime potest. De fundo ſerviente verum eſt,  
quod in eo furnum extruere non liceat, quoniam dominium directum  
hic reſtrictum eſt, ut in eo nihil poſſit fieri, quod uſum ſervitutis im-  
pediat,

pediat, l. 9. ff. Si servit, vindic. l. 21. ff. de S. II. P. quod tamen intelligo,  
 si totus fundus serviat, non si pars eius. De eo qui in vicinia ædificat 8 1  
 furnum, queritur an prohiberi possit, si alteri commodum aliquod  
 propterea decessurum sit? Pro affirmativa videtur facere (1) quod 8 2  
 a l. Æmulationem ita videatur ædificare, Gail. l. 2. Obs. 69. n. 29. Mafcard,  
 de Probation. Vol. 2. Concl. 621. n. 13. Æmulatio enim inter Vicinos  
 plerumque præsumitur, Mafcard d. l. n. 7. in æmulationem vero vicini  
 ædificare prohibitum est l. i. §. 11 ff. de Aqu. & Aqu. pluv. arcend. Rich-  
 ter Part. i. Conf. 55. n. 2. (2) quod humanæ societatis vinculum non 8 3  
 permittat, ut alteri simus damno & nocturno l. 38. §. Conſtituimus ff.  
 de R. V. Gail. d. l. n. 29. Mafcard. d. l. n. 5. (3) Quod in suo ædificandi 8 4  
 facultas compétabat quidem singulis, ita tamen ne deterior fiat fundus  
 alterius d. l. i. §. 4. & n. ff. de Aqu. & Aqu. pluv. arcend. Verum prohi-  
 beri eum non posse obsequenter rationem statuo (1) quod omnis 8 5  
 ædificans ad suam utilitatem ædificare censeatur, Gail. d. l. n. 30. non  
 enim ad Æmulationem, sed ut suo Jure utatur, in fundo proprio quis  
 ædificasse præsumitur Mafcard. d. l. n. 1. itaque alleganti æmulationem  
 onus probationis incumbit, Gail. d. l. n. 31. Mafcard. n. 31. Richt. d.  
 Conf. 55. n. 7. [2] quod ob solam luci decrecentiam vicino nullum 8 6  
 Jus prohibendi tributari, Richter. d. l. n. 29. [3] quod dolo non faciat 8 7  
 ille, qui suo Jure utitur l. 55. ff. de R. J. Gail. d. l. n. 11. ad contraria re-  
 spondeo, (1) Omnem Æmulationis suspicionem excludi, modo aliqua 8 8  
 ædificantis versetur utilitas Richter. d. l. n. 32. (2) Verum illud esse, si 8 9  
 principaliter eo animo, ut noceat, ædificet, nihil inde latus, quam ut  
 officiat, Gail. d. l. n. 12. Richter. d. l. n. 6. Carzov. P. 2. C. 41. D. 11. quod ad  
 (3) quoque responderi potest. Qui in fundo publico ædificat furnum, 9 0  
 cum publicis utilitatibus destinasse videtur tum ob §. 30. J. de R. D. & l.  
 7. §. 12 ff. de A. R. D. add. Carzov. P. 3. C. 31. D. 10. & L. 1. Responf. 100. n. 4.  
 tum ob favorem publicæ utilitatis, quæ privatæ semper est præferenda,  
 Nov. 7. c. 9. §. 1. Viceversa si Universitas fundo publico furnum imposuit 9 1  
 fuerit, illius usus etiam omnibus censetur communis esse l. 6. §. 1. ff. ds.  
 R. D. & g. 6. J. cod. ibique Schneidvin. n. 2. accessorium enim sequitur  
 principale l. 19. §. 13. ff. de Aur. & Arg. legat. l. 23. §. 3. ff. de R. V. & cap. 42.  
 de R. J. 1. n. 6. & in ædificatum cedit solo §. 29. 7. de R. D. Hactenus de 9 2  
 claravi Axioma nostrum; subjiciendum nunc, quibus modis facultas ista  
 naturalis restringatur. Inter eos sequentes præceptū sunt:  
 (1) Statutum. Statuta enim, quibus certus modus ædificandi  
 præscri-

- præscriptus est, ad unguem servanda sunt. Gail. d. L. 2. Obs. 69. n. 16.  
 93 Dicit autem Jacobin. de S. Georgio alleg. supr. loc. n. 3. Statuta hujusmodi saltē valere, si quæstus ex furno redeant in utilitatem publicam non vero, si in bursam Domini privatam. Sed neutro casu Statutum hujusmodi valere contendit Boerius Decis. 125. n. 6. Quoniam alias semper subditū ad furnum Domini tenerentur ire. Et licet per ejusmodi Statuta nec magnum lucrum accedit Domino, nec in subditos multum incommodi derivetur; vereor tamen, ne praxis locorum passim reclamet. Debent vero hujusmodi statuta a Magistratu profecta esse; quippe qui facultatem statuta secundum Jus commune & præter illud, qualia hæc sunt, & laudantur Uratislaviae & Lipsiae extare a Klock. de Ærario l. 2. c. 14. n. 4. condendi habet, Dn. 94 Brunnen. ad l. 9. ff. de J. & J. n. 1. sqq. Ne itaque præter Ordinem Pistorium furnos quis domi habeat, Collegium istud prohibere nequit; licet enim hoc quoque Collegium statuta de rebus artis sive condendi potestatem habeat, arg. l. fin. C. de Jurisd. & l. 2. § fin. C. de Confit. pecun. Dn. Brunnen. ad Welsenbec. tit. de LL. Q. 8. tamen non alios nisi Collegiatos ea ligant nec monopolium ea possunt introducere, Dn. Brunnen. d. Q. 8. quod tali casu tamen fieret, si soli Pistorum Jus furnorum ad se traherent (n.) Consuetudo. Tholofan. Synt. Jur. Univ. 95 l. 18. c. 22. n. 8. Possunt enim Domini subditis ex consuetudine Jus furni banarii imponere, ut ad alium furnum non eant, quam Domini. Tholofan. d. n. 8. Et hujusmodi Consuetudines in Regno Neapolitanō vigere, testis est Borel. d. sepius lib. 4. c. 7. n. 7. seqq. licet eam irrationalabilem dicat esse ex cap. 69. X. de Appellat. Johann. Francise. 96 Balbus de Prescript. P. 4. P. 5. princ. Q. 5. n. 3. (III.) Prohibitio, si in ea acqueverint prohibiti, Borell. d. l. n. 11. Boer. d. l. n. 5. Petr. Jacob. Practic. Aur. libell. de Forno. n. 6. 11. & 13. Rosenthal. de Feud. c. 5. concl. 25. n. 3. post prohibitionem enim & cessationem amittitur quasi possessio liberatis & acquiritur quasi possessio servitutis. Jacob. d. l. n. 11. 97 Et ita intelligendum, quod in antecedentibus de Statuto & Consuetudine dictum est. Sicut enim Statuto demum hanc facultatem restringi posse, si ejus prohibitioni acquerint prohibiti, testis est Boer. d. l. n. 25. circa. fin. Pari ratione ac Consuetudo non inducitur tacito consensu ejus, ad cuius furnum Universitas per longum tempus ire solita est, licet eadem Consuetudinem possit introducere, ut ille teneatur pati accepto aliquo furnagio in ipsius furno panes decoquere; Universitas

sitas enim non persona, singularis inducit tacito consensu consuetudinem. Jacob. d. l. n. 12. Quamvis vero hic consensus post prohibiti-<sup>100</sup> onem non amplius liber sed coactus sit, tamen tamen sufficere ad consuetudinem inducendam statuit Boer. d. n. 6. Sufficit autem maiorem partem <sup>101</sup> maiorem partem esse prohibita, modo omnes cesserint. Jacob. d. l. n. 8. & n. 13. Borell. d. l. n. 13. Et tutius facit dominus, si judiciali Autoritate <sup>102</sup> prohibeat, ut ita a violentia suspitione immunis sit, Borell. d. l. n. 14. (IV.) *Partum*, quo placuit, ut dominus alicujus loci unum saltem fur-<sup>103</sup> num habeat & pro ejus usu certum censem exigere queat. Tholosan. *Syntagma Jur. Utrv.* d. l. 18. c. 22. n. 8. (V.) Ad Jus Saxonum potissimum pertinet, dass ein Becker / der ein Haus kauft / keinen Backofen dahin <sup>104</sup> sezen darff / wo zuvor keiner gestanden. *Glossa ad Weichbild.* Art. 123. n. 2. quod ipsum extra Saxoniam extendi debere, non reor. V. Carpz. P. 2. C. 14. D. 53. n. 4. & sqq. Statuta enim recepta esse non presumuntur, nisi recepta probentur; maxime eum a Jure Comm. hoc statutura abeat, ex quo tamen semper statuta interpretanda. Gail. l. 2. Obs. 50. n. 8. modo exstructio furni ita fiat, ne incendi periculum inde immineat vicini. Quod si enim ex opere ruinoso vicinus jus ad cautionem de damno infecto infecto exigendam consequitur t. t. ff. damn. infect. quis idem juris non esse diceret in furno periculoso. Ab his ulterius predior ad

## CAPUT III.

De

## Modis Adquirendi Jus Furni.

SUMMARIA.

**Q**uiare hic agatur de modis ac-  
uirendi? n. 1. sqq.

Primus modus Acquirendi est Inve-  
stitura, n. 3.

An & qua ratione Investitura recte  
dicatur esse modus acquirendi Jus  
furni? n. 4. sqq.

Quinam per Investituras hoc Jus

alii possint concedere? n. 9. sqq.

Quomodo interpretanda hac Inve-  
stitura & de Effectu ejus. n. 14. sqq.

Quid in literis Investitura denotet  
Clausula cum furnis. n. 21. sqq.

An furni quoque comprehendantur,  
si secundum cum Pertinentiis con-  
cessum sit? n. 28.

D

In Inv.

Vol. III. Disp. XIV.

|   |   |
|---|---|
| <i>In Investitur a respiciendum est ad voluntatem Investientis &amp; Preces Impetrantis. n. 32.</i> | <i>An talem Conventionem subditum cum Domino inire possint? n. 55. seqq.</i>  |
| <i>Secundus modus acquirendi est Priviliegium n. 33.</i>  | <i>De conventione, qua dominus pro certa mercede furnos tenetur aptatores &amp; habiles praefare. n. 58. seqq.</i>                                      |
| <i>Jus Furni in Priviliegio sub generali concessione non venit? n. 34. sq.</i>                      | <i>Qui ex conventione facultatem adificandi furnum impetravit, pro certa pensione tenetur ad eam, et si tabernam extruxerit. n. 63.</i>                 |
| <i>Priviliegium hoc casu ex Patientia &amp; Scientia Principis interpretationem accipit. n. 37.</i> | <i>Conventio inter Privatos de Jure furni qualem servitutem producat? n. 64. seqq.</i>  |
| <i>Tertiis modus acquirendi est Prescriptio. n. 38.</i>   | <i>Furnus quale predium? n. 71.</i>   |
| <i>Quaratione Prescriptio ejus acquirendi modus dicatur. n. 39. seq.</i>                            | <i>Insipici debet Conditio &amp; Jus ejus, qui Jus furni promittit. n. 72.</i>  |
| <i>Quanto tempore prescribatur. n. 42. seq.</i>   | <i>Qui permittit alios adificare furnos, quod non potest, tenetur ad destruere eorum interesse. 73. seqq.</i>   |
| <i>An servitus discontinua sit Jus furni? n. 46. seqq.</i>  | <i>Quando Pistor tenetur pro certo pretio panem pro certa familia coquere, an ea autem vel minuta augetur quoque vel minuatur pretium? n. 76. seqq.</i> |
| <i>An titulus in hac Prescriptione requiratur, &amp; quid loco ejus sit? n. 48. seq.</i>            | <i>Hoc casu si filii separatis incipiunt habere, pro singulis coquere Pistor non tenetur. n. 81.</i>  |
| <i>An b. f. requiratur? n. 51.</i>  | <i>Quomodo locare possit is furnum, cui sub hac lege idem concessus, ne alii eundem concedat. n. 82.</i>  |
| <i>Universitas quoque in Domini furno Jus per prescriptionem sibi potest acquirere. n. 52.</i>      |   |
| <i>Pistores non possunt hoc jus per Prescriptionem acquirere. n. 53.</i>                            |   |
| <i>Quartus acquirendi modus est Conventionis. n. 54.</i>  |   |

**Q**uandoquidem precedentem capite prolixo expositum est, Jus furni naturalis facultatis esse, & in suo cuilibet competere, visum est frustra Caput de Modis acquirendi Jus furni constituti, cum ea quae sunt facultatis naturalis, regulariter omnibus inesse presumantur, arg. l. n. §. 1. ff. de A. E. & sic acquisitione opus non habeant; quippe per quam vel aliorum res in nos derivamus, vel in medium expositas apprehendimus & nostras facimus v. V. Pufendorf. de J. N. & G. l. 4. c. 6. §. 1. attamen eodem capite dictum est,

est, quantopere facultas illa naturalis restricta sit, ut hinc non possit multis in locis competere, nisi exprefse acquisita doceatur. Agendum 3  
igitur hic de modis acquirendi necessario fuit; inter quos (1) se sifit  
**Investitura:** Describitur ea, quod sit solennis feudi traditio, a domino  
vere vel facta, Dn. Praes. Exam. Jur. Feud. cap. 12. Q. 3. add. Struv.  
**Syntagma. Jur. Feud. cap. 8. Apb. 2.** Alias ex 2. F. 2. dicitur possessio  
feudi, V. Rosenthal. **Synops. Jur. Feud. cap. 8. Concl. 1. n. 4.** Zafius E-  
pitom. Feud. P. 6. n. 1. effectu pro causa sumpto. Libor. Hattyser. **Ana-**  
**lys. Jur. Feud. c. 9. p. m. 113.** Quicquid ejus sit ad Jus Furni investitura 4  
non videtur pertinere; quippe quod proprie feudum non est, cuius  
inter alios acquirendi modos est Investitura 2. F. 1. ita, ut sine ea feu-  
dum non possit constitui, Zafius p. 6. n. 9. Rosenthal. c. 6. Concl. 1. Glaß.  
c. & quos ibi allegat. Veruntamen salva res est; licet enim feudum 5  
non sit Jus furni; in feudum tamen dari potest; quemadmodum o-  
mnes aliae res incorporales, Zafius Epit. Feud. p. 4. n. 20. Struv. **Syntagma.**  
**Jur. Feud. c. 2. Apb. 3. n. 5.** (2) Relatum est supra c. 1. n. 20. Jus furni 6  
inter minora Regalia, ea autem conferuntur per investituram Struv.  
**Syntagma. Jur. Feud. c. 6. Apb. 13. n. 9.** Et (3) negatur ad Feudum saltim 7  
pertinere investituram; generaliter enim modum acquirendi significat.  
Knichen. de Vesit. Patl. p. 3. c. 4. n. 92. & ap. veteres promiscue pro  
traditione usurpari, testis est Dn. Eyben. **Elect. Feudal. c. 5. §. 5.** qui  
propterea Investituram allodialibus perinde ac feudalibus tribuit d.  
c. 5. §. 2. & 6. & ut ab invicem discernantur, secundum jura feudalia  
agentes suam per vocem <sup>to</sup> Feudalem determinare, monet Magnific.  
Dn. Rhetius Comm. J. F. L. 1. iiii. 3. p. 162. n. 9. Igitur potest Juri furno- 8  
rum quoque Investitura competere; quod tamen ita intelligendum  
est, si per prohibitionem aut Consuetudinem illud facultatis naturalis  
esse desierit, & uni competere coepit; qui aliis deinde per Investitu-  
ram idem conferre queat. Unde quoque manifestum redditur, hunc 9  
modum regulariter non inter aequales locum invenire, sed qui est  
superior, alteri inferiori per Investituram Jus furni concedit; infeu-  
datio enim ratione rei infeudata qualemcumque infert subjectionem.  
Struv. **Synt. J. F. c. 11. Apb. 2. n. 1. verb. aliquati Vasalli subject.** (licet non  
perpetuo hoc ita se habeat, sed aliquando exempla extent in contra-  
rium.) Qui igitur potestatem habet prohibendi alios, ne in suo furnum  
adficent, ille de Jure Furnorum investire potest; Prohibere autem 10  
regulariter sibi subjectos quis potest, ergo quoque subditos dominus

- de Jure furnorum regulariter invenire potest; Quo ipso hujus Juris concessio ab aliorum rerum infuscatione differt; ex enim extra territorium constitutis in feudum dari possunt, unde non statim subditus est, qui est Vasallus, Struv. Snt. J. F. c. 8. Aph. 6 n. 9 Rosenthal c. 5. Concl. 14. n. 2. sed multum inter Vasallum & subditum interest, Dn. Rhetius d. Comm. p. m. 128. n. 13. Mynsing. Obs. 12. Cent. 1. & Obs. 92. 1 Cent. 4. Extraneus vero ab eo Jus furni per investituras acquirere, neccilum non habet, cuius potestatem non agnoscit; cum nec a tali prohiberi possit, quo minus in suo vi facultatis naturalis furnum extrahat. Extra territorium enim & superior pro privato habetur. l. f. ff. de Jarisd. l. 239 §. 8. ff. de V. S. Clement. Quamvis de For. competent. Gail. de P. P. l. 1. c. 16. n. 23. quo casu in aequalem nullam potestatem habet, l. 4. ff. de Recept. l. 13. §. 4. ff. ad SCT. Trebell. & per consequens non potest efficere, ut ad extractionem furni ejus concessio sit necessaria.
- 12 Pendet enim hic acquirendi modus a prohibitione promiscuae furnorum extractionis; prohibere vero non potest, qui non & cogere; cogere autem nisi sibi subjectum nemo potest; & viceversa, nec a coactio-  
13 ne illa eximere, nisi qui istud vinculum injectit. Nisi velis dicere, posse extraneum de Jure furni ita etiam investiri, ut veniat, & in investientis furno panes coquat: Quemadmodum simili ratione jus pa-  
scendi, lignandi & alia concedi alteri possunt, ut in concedentis fundo exerceantur; At vero dubito, an aliquis ita Jus furni velit consequi, ob difficultatem exercitii, cum grave sit de domo ad domum nedum de pago in pagum aut de territorio in territorium panes transferre. Aut si tali modo sibi quispiam hoc jus acquisiverit, posset illud in modum servitutis competere, quemadmodum quoque Jus pascendi & lignandi est servitus, si in fundo suo alter me teneatur. pati pascere, aut lignari. l. 3. & l. 4. ff. de S. R. P. §. 2. J. de Servitutibus rufi. & urbi. prad. V. Copoll. de S. R. P. c. 9. Schneidevvin. ad d. l. J. de Servi-  
14 tut. rufi. Prad. n. 28. seqq. Koeppen l. 1. Obs. 77. n. 29. seqq. Quæritur vero de effectu hujus Investitura & quid in investitum ea transferat? Duplēc Interpretationem. Investitura furnorum recipit; alteram ut denotet, furnum quo Dominus hactenus usus est, cum feudo in Vasallum translatum esse; alteram, ut ex literis Investitura manife-  
15 stum fiat, Jus furni pertinere ad Regalia. Cravett. Cons. 801. n. 1. Quo priore casu nullum dubium est, quin omne Jus investientis in investitum transeat; Successor enim quilibet. Autoris sui Jure utitur. l. 149. l. 175.

l. 175. ff. de R. j. l. 2. §. 20. ff. pro Em. §. 8. j. de Uscap. nec meliori, ne  
 sit melioris conditionis, quam author ejus, a quo caussam habuit  
 l. 54. ff. de R. j. nec deteriori, quicquid enim Autor ejus potuit, potest  
 quoque successor, cum eadem quodammodo cum isto persona sit;  
 Nov. 48. pr. Unde si potuit Antecessor cogere, ut in suo furno panes 16  
 coquant subdit; hic quoque potest cogere; hoc enim proprium est  
 Successorum, ut imitentur Prædecessorum suorum vestigia, Decian.  
 Respon. 25. n. 68. Similiter si a Prædecessore facultas utendi furno certis 17  
 personis per conventionem constituta sit, illi quoque teneri stare suc-  
 cessorem; cum prædecessoris factum præstare teneatur, l. 14. C. de R.  
 V. l. 24. C. de Donat. l. 10. C. de Solut. nec contravenire illi queat l. 114. §. 15.  
 ff. de Legat. l. 7. C. de Bon. Aut. Jud. poscid. Nec obstat (1) quod ante 18  
 dicta regula saltim de iis intelligatur, qui Jure hereditario succedunt,  
 quemadmodum post allegatos a se intelligit, Carpz. p. 2. c. 48. Def. 3. n. 2.  
 seqq. add. Dn. Brunnem. Comm. Cod. ad d. l. 14. de R. V. n. 4. seqq. (2)  
 Quod resoluto Jure dantis resolvatur Jus accipientis l. 31. ff. de Pigno-19  
 rib. l. 3. ff. Quibus mod. pign. vel hypoth. solv. Respondeo enim (1) quod 20  
 ex contractu Jus quesitum si parti alteri, quod ipsi non est auferendum  
 per l. Nec Avus. 4. C. de Emancip. u. l. f. ff. de Paet. l. 53. ff. de Iua. l. 11. ff. de R.  
 j. §. f. j. de his qui sive al. Jur. sunt. Accedit, quod in dubio quili-  
 bet pro successoribus contradixisse presumatur, licet eorum non fuerit  
 facta mentio. l. 13. C. de Courab. & Comm. Sipulat. & ibi Dn. Brunnem.  
 n. 6. Et Consil. 143. n. 2. qualibet enim conventione censemur esse realis &  
 sic ad successores transitoria l. 7. §. 8. ff. de Paet. l. 46. ff. eod. l. ff. de  
 Probit. Gail. l. 2. O/fo. 2 n. 10. dum vero realis, rem quoque afficit,  
 quæ eum suo onere ad quemvis transnit. l. 23. ff. de Oper. Nov. nunciat.  
 Cravett. Consil. 217. n. 5. Ex quibus etiam ad [2] responderi potest, 21  
 intelligi illud saltim de concessione personali quæ eum persona expi-  
 rat; non vero extendendum esse ad Jus ex Conventione quesitum,  
 quod facto successoris mutari nequit. Hinc si ad vitam aliquis istam  
 facultatem concederit, morte expirat, nec obligat successores Nov. 22.  
 c. 10. Quando vero literis investiturarum inserta est Clavis, cum fur- 22  
 mis; fundus vero iisdem carere deprehenditur, queritur: An ea ver- 23  
 ba potestem faciant, de novo furnos extruendi? Negant hoc Cæsar.  
 Ursillus Addition ad Affliti Decision. 388. n. 4. Et Decis. 334. n. 6. Camill.  
 Boreil. de Magistrat. Edict. Lib. 4. c. 7. n. 51. Johan. Petr. Surdus Consil.  
 327. n. 24. Dispositio enim non extenditur ad futura, sed præsentia 24.  
 saltim.

- saltim includit l. 69. & l. 77. ff. de Conirah. emi. Surd. d. n. 42. seqq. Itaque Ursillus dd. ll. eam clausulam intelligit ita; Si qui sunt; h. c. si recte assessor, ut non solum uti furnis possit, sed collabos restaurare & reficere; Imo si prius forte specialis concessio furnum habendi habendi facta fuerit, cuius omissa exstructio, ut haec investitura ad priorem concessionem trahatur & ipsam declarat, Rosenthal de Feud. C. 6. Concl. 69.  
 25 n. 12. Struv. Syntagm. J. Feud. c. i. apb. ii. n. 3. Sequitur autem, ita posse fieri, ut Clausula haec in Investitura sit superflua, contra l. i. pr. ff. quod met. ca: si Investiens furnos nullos habuerit, sed respond. admitti potius verba superflua esse, quam ut inde contra voluntatem Investientis quic-  
 26 quam inferatur l. 7. ff. de Vulg. & Pupill. Sulphi. Hartm. Pistor. lib. 3.  
 Q. 3. n. 57. Multominus autem Claustula illa potestatem tribuit, obli-  
 gandi subditos, ut ad furnum domini panes cocturi veniant, Cæf. Ursill.  
 add. Decis. 388. n. 4. Etsi enim omnis concessio respectu dantis latissime interpretanda sit l. 3. ff. de Confli. Princip. tamen facta censetur salvo Jure tertii L. Prator. ait. §. 10. & §. 16. ff. Ne quid in loc. publ. C. 15. X. de Offic. & Poteſt. Judic. deleg. Gail. L. 2. Obs. 142. n. 10. Zasius P. 6. n. 25.  
 seqq. Rosenthal. C. 6. Concl. 69. n. 2. quo respectu stricte quoque interpre-  
 27 tanda. C. 7. X. de Privileg. Accedit, quod Jus a furno separari possit,  
 Surdus d. Confli. 127. n. 39. seqq. ut hinc a separatis non valeat illatio l. 10. C.  
 de Donat. inter. Vir. & Ux.  
 28 Circa Investituram supereft quærere; Si feudum cum Pertin-  
 entiis concessum sit, an furni quoque comprehendantur? Pertinen-  
 tiarum duas species faciunt, alias proximas, sine quibus res principalis  
 consistere nequit, ut in fortalito sunt instrumenta bellica; alias remo-  
 tas, sine quibus res principalis potest subsistere, ut sunt molendina,  
 29 furni, pascua, nemora &c. V. Menoch. l. 3. Praesumt. 99. n. 8. Andr.  
 Knichen. de Vestit. Paction. P. 2. C. 4. n. 7. seqq. Ex quibus illæ fa-  
 cilius praesumuntur concessæ, quam haec, Menoch. d. l. In hac quæ-  
 stione videndum existimaverim (1) An Concedens furnos habu-  
 erit, Knichen. d. l. n. 39. seqq. (2) An expreſſerit v. c. Cum omnibus  
 pertinentiis, furnis &c. quibus casibus furnos quoque investiens  
 30 concessisse intelligendus est. Surdus d. Confli. 127. n. 70. seqq. Verba  
 enim non abundare sed aliquid operari debent, ne videantur superflua  
 l. i. pr. ff. Quod met. cauf. l. i. in fin. ff. ad Municipal. Surdus d. l. n. 9.  
 31 Accedit, quod nemo præsumatur actum elusorium voluisse facere,  
 Cravetta Confli. 23. n. 3. Ad alios tamen furnos, quam concedens,  
 habuit

habuit, hæc concessio trahi nequit, tñm quod Investitura recipiat interpretationem ex usu & possessione, Gail. L. 2. Obs. 148. n. 3. Dn. Brunnem. Conf. 131. n. 18. tum quod in alium non possit plus Juris transferre quam ipse habuit C. 79. de R. J. in 6. Itaque ad Subditorum furnos ea extendenda non est. Surdus d. l. Et ut generaliter dixerim, hoc casu concessisse intelligendus est illud, quod ipsi tanquam Domino istius fundi competit. Ut rem in pauca conferam; respiciendum hic ad 32 voluntatem Investitentis §. 6. J. de J. N. G. & C. & preces impetrantis esse existimayerim. Concessio enim ita interpretanda, ut cum forma petitionis coincidat C. 6. §. Ceterum X. de Fid. Instrum. Ex quibus judicandum quoque, an solius furni extructionem, an etiam Jus cogen- di alios, ut ad furnum suum veniant, quis consecutus fuerit; Investitura enim tenor tali casu stricte est observandus 2. Feud. 18. & si verba sint aperta, nullus conjecturis concedendus locus est. Zafius P. 8. n. 49.

Huic non dissimilis acquirendi modus est (II) PRIVILEGIUM, 33 Surdus d. Conf. 127. n. 1. Boer. Decis. 125. n. 4. Quatenus enim Jus no- strum Regale est, absque concessione & Praescriptione acquiri non pot- 34 est, Rosenthal. de Feud. C. 5. Concl. 10. n. 1. Cum vero diversa sint furnus & Jus habendi furnum bannarium, einen Zwang - Ofen, posterius per Privilegium non censetur concessum esse, nisi de eo facta fuerit mentio; Surdus d. l. n. 31 seqq. Non enim per quæcunque verba generalia intel- liguntur concessa esse Regalia. V. Zafius P. 5. n. 11. Jacob de S. Georg. Verb. Cumero mixto Imper. n. 16. Rosenthal, de Feud. C. 5. Concl. 14. Gloss. lit. A Sed speciali Concessione opus habent, Carpz. P. 3. C. 53. D. 1. n. 13. adeoque specificè sunt exprimenda, Carpz. P. 3. Decis. 287. n. 18. Alias in Prajudicium dantis illud verteretur quod Jura non admittunt, ne 35 ipsi privilegium sit onerosum l. 7. ff. ut legat. caus. caveas. C. 7. & 10. X. de Privileg. Et in injuriam subditorum non præsumitur concessum esse be- 36 neficum, cum hoc Principi non conveniat; quare ea, uti sine cuiusque tertii, ita sine præjudicio subditorum concessa esse sunt intelligenda. Dn. Brunnem. Com. Cod. ad L. Nec Avus 4. C de Emancipat. n. 6. seqq. Quod 37 si tali casu tamen patiatur Princeps uti aliquem hoc Jure, nullum est dubium, quin per Patientiam ipsi hoc Jus confirmetur, Patientia enim & scientia Principis optimi sunt Privilegiorum Interpretes. Decian. Vol. 3. Conf. 124. n. 16.

Tertio



- 38 Tertio acquiritur Jus nostrum PRÆSCRIPTIONE, Albert.  
 Brunus Conf. 50. n. 1. Petr. Jacob. Pract. Aur. Libell. defurn. n. 6. Camill.  
 39 Borell. d. supra loc. n. 12. Rosenthal. G. f. Concl. 25. n. 3. Non ignoro  
 in præcedentibus hoc Jus inter res meræ facultatis relatum fuisse.  
 quales præscribi nequeunt l. 2. ff. de Via publ. Joh. Francisc. Balb. de  
 40 Præscriptionib. P. 4. P. 5. princ. Q. 1. n. 1. Verum ex C. 2. n. 97, recor-  
 dor quoque, post prohibitionem illud tale esse desinere, cui si  
 acquiererint prohibiti, & ab eo tempore legitimum spatium elapsum  
 sit, præscriptum omnino illi Juri dicetur, Cravetta Conf. iii. n. 22.  
 Albert. Brunus. & Dd. paulo ante alleg. add. Balb. d. Tr. P. 4. P. 5. princ.  
 41 Q. 5. n. 23 Cœpolla. de S. II. P. C. 50. Q. 2. Afflict. Decis. 388. n. 2. Pro-  
 hibitione enim est factum tale præscribere volentis, quale in acquisitione  
 servitutis necessarium est, Schnidevv. ad S. fin. J. de S. V. & R. P. n. 8.  
 42 Circa tempus, quantum ejus ad Præscriptionem hanc requiratur,  
 inter Dd. non convenit. Longum tempus Petr. Jacob. d. I. n. 7. Boer.  
 d. I. n. 5. & Balb. d. n. 3. Longissimum quoque XXX. vel XL. anno-  
 rum Camill. Borell. d. I. n. 18. Alii immemoriale requirunt, uti videre  
 43 est apud P. Jacob. d. I. n. 10. & Borell. n. 20. Distinguendum existimo:  
 An præscribatur contra superiorem, an contra Privatos: priore  
 casu quoniam in modum Regalis præscribitur, immemoriale tempus  
 requiri statuo, quoniam alio tempore Regalia non præscribuntur C. Su-  
 per quibusdam. §. Præterea. X. de V. S. Rosenthal. de Feud. C. 5. Concl. 16.  
 44 n. 3. Mynsing. Cen. 5. Obs. 29. n. 10. sqq. Carpz. P. 2. C. 11. D. 24. Poste-  
 riori vero casu in modum servitutis acquiritur, Balb. d. n. 3. Boer. d.  
 n. 5. Qua ratione quoniam est servitutis continua, Petr. Jacob. d. I. n. 7.  
 præscribitur inter præsentes decem, inter absentes viginti annis,  
 exemplo rerum immobilium l. 2. C. de Servit. & Aqu. l. fin. C. de  
 Præscript. long. temp. l. 10. pr. ff. Si Servit. vind. Balbus. d. Tr. P. 2. P. 4.  
 princ. Q. 1. n. 2. Cœpolla. de S. V. P. C. 19. n. 4. nisi deficiat titulus,  
 quo casu XXX. vel XL. anni ad Præscriptionem sunt necessarii.  
 45 Schnidevvin. ad Tit. de S. V. & R. P. S. fin. n. 18. Jure Saxonico au-  
 tem sufficit tempus XXX. annorum, anni & diei. V. Carpzov.  
 46 P. 2. C. 3. D. 3. Posset autem hæc Servitus videti discontinua,  
 quoniam ad ejus Usum semper requiritur factum hominis succeſſi-  
 vum. V. Wesenbec. & Tit. de Servit. n. 4. Schnidev. d. I. n. 17. & sic  
 ad Præscriptionem ejus requiri tempus immemoriale, uti obſer-  
 vatur in Camera, V. Gail. L. 2. Obs. 66. n. 7. Mynsing. Cen. 4. Obs. 13.  
 Verum

Verum praterquam quod distinctio servitutum in continuas & dis- 47  
continuas saltim realibus, quæ rei a re debentur, competit, Cœpoll.  
d. C. 19 Q. 3, etiam a recentioribus proflus exploditur. V. Frantz. Comm.  
Tit. de Servit. n. 54.

Tituli quoque mentionem injeci; licet enim Cœpolla. d. l. C. 20. 48  
Qu. 6, neget, in rerum incorporalium Praescriptione, necessarium esse  
titulum; quoniam tamen hic Praesumptio est contra prescribentem,  
utique titulus requiritur, Afflct. Decis. 388. n. 6. Ejus autem locum hic 49  
prohibitio accedente prohibitorum scientia & patientia subit, Afflct.  
d. n. 6. & 9 add. Dn. Brunnem. Conf. 131. n. 172. quam neque violentia  
esse, Afflct. d. n. 9. & probari oportet; cum sit fundamentum Ju-  
ris prohibentis, Borell. d. l. n. 17. quippe qua legitimam Praescriptio-  
nem causare nequit, Borell. d. l. n. 16. licet ex lapsu 30. vel 40. annorum  
alias praesumatur, nec sit demonstrandus titulus. Dn. Brunnem. d.  
Cens. 131. n. 269. Unde absque titulo solum temporis cursum hoc ca- 50  
su sufficere existimant Joh. Pap. Arref. L. 13. Tit. 8. n. 3. & per l. 10. pr.  
ff. Si servit vindic. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Jur. Univ. L. 18. C. 22.  
n. 8. Cum vero illa prohibitio violentia esse nequeat, ex eo colligi 51  
tur, bonam fidem quoque in hac Praescriptione requireti juxta l. Un. C. de  
Ufucap. transform. & pr. J. de Ufucap. V. Afflct. d. l. n. 9. quæ licet in  
Praescriptione 30. annorum non requiratur L. 3. C. de Praescript. 30. vel  
40. ann. Jure Canonico tamen hoc secus se habet per C. f. X. de Praescript.  
Cui omnino standum Mynsing. Cent. 4. Obs. 6. Gail. L. 2. Obs. 18. n. 10.  
Carpz. P. 2. C. 3. D. 7. Schneidev. ad pr. Instit. de Ufucap. n. 19. ff. Vice 52  
verba quoque universitas Praescriptione sibi Jus potest acquirere, ut  
Dominus accepto furnagio sive velit, sive nolit, pati teneatur, eam in  
suo furno panes coquere, arg. L. 13. §. 1 ff. Commun. Prædior. Petr. Jacob.  
c. supr. loc. n. 12. Postquam vero ex precedent. C. 2. n. 48. seqq. adductis 53  
patet, hoc jus non acquiri, etiamsi per tempus immemoriale ad alterius  
furnum quis iverit, consequens est, Pistoris nostros neminem posse  
cogere, ut ad suum furnum imposterum veniat, qui hactenus per diu-  
turnum tempus eundem frequentavit; sed si velint illi prescribere, iti-  
dem prohibitione opus esse, ut nec ad alium furnum eant, nec in suo  
furnum aliquem extruant. Et ita accedente prohibitorum patientia  
procedet Praescriptio, Balbus P. 4. P. 5. princ. Q. 5. n. 3.

IV. Acquiritur Jus furni quoque CONVENTIONE. Eam 54  
uatem inuenit vel subditi cum Domino; vel privati inter se. Priori 55  
casu

casu ita non potest iniri, ut subditi ad furnum Domini veniant; non enim tantum hujus utilitatem privatam concernit, V. Borell. C. t. loc. n. 24. sed etiam per vim extorta praesumitur & sic rescindenda est. Sur-

56 dus cit. supr. Cons. 127. n. 24. Contractus enim cum potentioribus ini-  
ti a Praesumptione metus non vacant, ob quam vel inviti vel etiam cum damno suo subditi censentur contrahere, adeoque merito rescin-  
dendi sunt per l. s. C. de his que vi metusve. l. un. C. Si Rebor. Provinc.  
tot. iii. C. de Contractib. Judic. ibique Dd. Dixerim tamen moribus  
nostris, nisi manifesta concusso doceri possit, conventionem talem  
57 subsistere. Cum enim alios contractus cum Dominis v. c. super o-  
peris celebrare possint, V. Carpz. P. 2. C. 51. D. 9. Johann. Philipp. Uſſe  
Præst. Elog. 31. add. Herman. Stamm. de serv. Person. lib. 3. c. 2. n. 3.  
quare etiam non possint cum domino convenire, ut facultatem confe-  
quentur in ejus furno panes decoquendi; recurrere enim ad su-  
periorem possunt, quando ipsis aliquod periculum ex hac conventio-  
ne imminet. Talem autem conventionem, cuius vi dominus tene-  
tur furnos aptatos & habiles ad coquendū præstare, accepta certa  
v. c. vigesima parte panis in subditorum præjudicium interpretari mi-  
nime potest, ita uteos deinde velut cogere, ut furmo suo semper utantur.

58 Surdus d. Cons. 127. n. 260. Incidit enim hæc conventio in contractum  
locati conducti; qui celebratur vel simpliciter sine adjectione tempo-  
ris; vel certo quoque tempore adjecto. Priori casu in annum dicitur  
facta locatio, V. Horat. Carpan. ad statut. Mediolanens. C. 379. n. 309:  
quod intelligo de prædiis rusticis, in Urbanis enim potius confiuetu-  
dinem locantis & necessitates conductentis respiendandas esse existima-  
verim, arg. L. 13. §. fin. ff. Loc. Cond eo igitur elapsō finitur, arg. l. 21.  
ff. de Vulg. Et Pupill. subſtit. l. 55. §. 2. ff. loc. ati cond. posteriori casu et si  
ad tempus longissimum triginta vel quadraginta annorum fiat, illi  
non prescribitur. L. 2. C. de prescript. 30. vel 40. ann. Horat. Carpan.  
d. 1. C. 381 n. 57. multo minus si ad longum tempus novem vel decem  
annorum facti fuerit, V. Carpz. P. 2. C. 37. D. 22. n. 6. seqq. Matth. Ste-  
phan. de Jurisd. I. 3. P. 1. C. 17. n. 12. Dn. Brunnenm. ad L. 11. ff. Si Ager  
Prestig. n. 6. Citra Prescriptionem vero Dominum hæc Jus acquirere  
61 vix posse supra dictum est. Sed dixeris, sequi ex eo, posse subditos  
ab hac conventione recedere, cum tamen ex postfacto fiant contractus  
necessitatis l. 5. C. de O. & A. l. 3. C. de Rescind. Vend. nec unius volun-  
tate infirmari possit, quod duorum cunctiu contractum est, l. 35. ff. de

R. J.

R. J. Resp. Neg. Nam stare huic contractui usque ad finem temporis vel consensu Partium expressi vel tacite a lege adjecti omnino tenentur L. 55. §. 2. ff. locat. Quemadmodum vero finita locatio-<sup>62</sup>  
ne non pollut cogi ad continuandum contractum L. n. C. d. 1. & ibi  
Dn. Brunnen. Sic quoque quem in utilitatem suam celebrarunt  
contractum, non est in eorum dispendium & odium trahendus.  
L. 6. C. de LL.

Queritur vero; Si certa annua mercede sibi quis licentiam a<sup>63</sup>  
Domino quæsiverit, ædificandi furnum, an ad eam teneatur, si  
loco furni tabernam extruat? Pro affirmativa facit (1) quoniam  
per Dominum non stetit, quo minus conductor furno uteretur  
L. 38. pr. ff. locat. Sed quoniam per hunc factum quo minus ædificare-  
tur furnus, habetur is pro ædificato L. 38. ff. de R. J. (2.) quoniam per  
hunc contractum non ipsum furnum sed facultatem ædificandi  
impetravit, pro qua dum eam retinet, mercedem omnino præstare  
tenetur L. 22. §. 2. & L. 28. ff. locat. Accedit (3.) quod Conductor non  
potuerit in Domini mutare injuriam suum consilium L. 75 ff. de Inter-  
rogat. Et hanc sententiam amplectitur Pileus Modicens. Decision. Jur.  
Contra. Q. 107. ubi ad contraria respondet.

Hactenus de conventione cum Domino inita, nunc ad eam,<sup>64</sup>  
quæ inter Privatos contrahitur. De hac quæritur; An Servitutem  
realem, an vero obligationem personalem tantum producat. Et<sup>65</sup>  
distingendum est; Aut promissio in ea fit facti v. c. coquendi panes;  
aut juris; v. c. Jus coquendi panes in furno meo; & utroque casu,  
si inde finitæ fuerit facta promissio absque expressione vel Juris servitu-  
tis, vel respectu ad fundum stipulantis habiti; obligationem perso-  
nalem producit, arg. l. 2. §. 5. ff. d. V. O. Copolla C. 2. n. 5. seqq. An ve-<sup>66</sup>  
ro sit servitus realis, si in promissione expressa causa, quæ fundi  
utilitatem continet, aut promissio respectu fundi certi habita facta  
fuerit? Ita quidem opinatur Cœpolla d. l. n. 6. seqq. At non videtur<sup>67</sup>  
illud in Jure furnorum procedere; quoniam determinatio servitutis  
realis non ex eo solo dependet, quod rei debeatur, V. Koeppen L. 1.  
Obs. 76. n. 6. Sed an prædicti utilitatem immediate promoveat, viden-  
dum est L. 15. ff. de Servit. Wesenb. n. eod. n. 3. ibique Hahn. Observat.  
Struv. Jurisprud. Forens. l. 2. Tit. 3. Aphor. 2. Nunc autem Jus furno-<sup>68</sup>  
rum concernit conservationem & utilitatem hominum; qua ratione  
servitus realis esse nequit Franzk. S. de Ufuf. n. 4. seqq. Et notan-<sup>69</sup>  
E 2 dum

- dum quod Cœpolla C. 8. n. 3. postquam alios retulit, qui Jus furni vel negant esse servitutem, vel Personalem esse contendunt, vel in nominatam, ipse subjiciat esse servitutem Usus, qui quod sit servitus perso-  
 70 nalis, omnes sciunt. Prædictæ promissionis tamen hic effectus erit, ut sequatur fundum, & licet per plurimum manus is ambulaverit, cum tamen tanquam lepra leprosum comitetur, ut ait Gloss. in L. Frater a  
 71 Fratre ff. de Conditio. Indeb. notante Cœpolla. d. l. n. 6. Pone autem esse servitutem prædiale, qualis etenim esse posset, quatenus per Jus furni fundus redditur melior & utilior; aut urbani aut rustici erit prædi? Dixerim furnum. Urbanum prædiūm esse, quoniam totus inservit usibus hominum, ex quo Urbana Prædia appellantur, Schneci-  
 dev. ad Tit. de S. V. & R. P. n. 7. Licet Molendina ad Prædia rustica referat Cœpolla C. n. n. 8.  
 72 In primis autem hic Jus promittentis oportet inspici, & cognosci ejus conditionem cum quo quis contrahit, ne amplius de contractu speret, quam ex eo potest consequi. Postquam enim inter Regalia hoc Jus numerari coepit, non in cuiusvis est commercio, ergo  
 73 nec a quolibet potest constitui per contractum. Igitur hoc casu, quando aliquis cum furnis investitus est, alias v. c. subditis facul-  
 tatem ædificandi furnos per contractum nequit concedere; tum quod illa Investitura saltem utendi facultatem tribuat per superioris dicta; tum quod ita Jus domiri imminueretur, contra quem tam concessio Privilegii nunquam verti debet. Dn. Brunnem. Conf.  
 74 137. n. 6. Quod si vero nihilominus ex conventione furni ædificati sunt, quos deinceps teneantur destruere secundum l. 20. §. 1. ff. de O. N. N. Hahn, eod. Tit. n. n. consequens est, ut nec a sua parte adimplere conventionem teneantur l. 13. §. 8. ff. de A. E. L. 16. C. de Paet. l. 54. §. 2. ff. locat. & Dominum ad intereste furnorum demolitorum obli-  
 75 gatum habeant, Brunus Conf. 56. n. 2. sqq. Neque hic in Instrumento contractus contra superiorum possint confidere, illud enim saltem titulum probat, non possessionem; sed necessum est tali casu aliunde probare, alterum Jus tale habuisse, Surdus Conf. 127. n. 30. Bertranus Conf. 259. n. 4.  
 76 Quamvis autem cum Pistoribus nostris ita solent iniiri conven-  
 tiones, ut singulis vicibus pro multitudine panum certum pretium solvatur; quod in bene constitutis Rebuspubl. ab ipso Magistratu statutum est; similiter ut ipsorum panum venalium quantitas &  
 pretium

pretium non solet ipsorum arbitrio committi, sed a Magistratu determinari: attamen si cum eo talem conventionem quis iniverit, ut pro certo pretio imposterum pro se & familia sua panes semper coquat, queritur, an aucta vel deminuta familia etiam crescere vel decrescere debeat pretium? Quatuor casus hic distinguit Cœpolla *de S. V. P. C. 51. n. 71.* Aut enim promissio a Pistorre facta est <sup>77</sup> Universalis; aut Particularis; aut Generalis; aut Indefinita. Primo casu licet aucta sit familia, pretium tamen non augebitur, *Id. ibid. (1.) arg. l. 23. pr. ff. de S. V. P. (2.) arg. C. 22. X. de Privileg. (3.) quoniam aucta familia est etiam familia, arg. L. 40. pr. ff. de Pecul.* est enim familia aliquod Universale; quod augmentum & decrementum recipit *L. 21. ff. de legat. i. (4.)* Quoniam sœpe inspicitur, quod evenire potest; æque facile autem diminui potest familia, quo casu velit omnino Pistor servari conventionem, ac augeri; quod si fiat etiam, ut pretium augeatur, petere nequit, quoniam, ut primo casu commodum voluit, sic quoque naturale est, ut hoc casu ab incerto eventu proveniens incommodum fuscipiat *L. 10. ff. de R. J. Cœpolla d. I. n. 5. seqq.* Secundo casu, quando promissio v. c. mihi & duobus filiis facta est, dubium nullum est, quin augeri debeat pretium; cum limitata hæc sit conventio, quæ limitatum producit effectum *L. 12. ff. de A. R. D. l. 63. ff. de Contrab. Empl. Vend. Cœpolla d. l. n. 21.* Accedit, <sup>78</sup> quod in omni conventione verba sint restringenda ad specificata, Besold. *Vol. 2. Conf. 75. n. 36.* & Unius inclusio alterius sit exclusio *L. 12. pr. ff. de Judic. l. 21. C. Mand. Cardin. Tusch. pract. Conclus. Tom. 4. Lit. J. Concl. 71.* Tertio casu promissio facta est vel ad certum tempus, vel in perpetuum, vel simpliciter. Et in nullo horum debet augeri pretium, quod generalis promissio generaliter quoque sit intelligenda *l. 1. §. 1. ff. de Legat. praef.* nec enim ita extenditur conventio ad incogitata contra *l. 5. & 9. ff. de Transaction.* potuerunt enim de eo cogitare, Cœpolla *n. 21.* nisi augmentum superveniat extrinsecus v. c. adscitis famulis, de hoc enim non facile cogitasse censendi sunt. *Id. n. 22.* Si annua tamen sit conventio, quoniam singulis annis nova est conventio, hoc verum erit saltum de augmentatione unius non ceterorum annorum *d. n. 22. add. Horat. Carpan. Statut. Mediolanens.* *C. 394. n. 344.*

Quarto casu augendum esse pretium statuit *Id. Cœpolla d. n. 22. 80* (*1.*) quod in dubio de futuris non videatur actum, sed de iis, qui

reperiuntur tempore contractus L. 7. & 40. ff. de *Aur. & Arg. legat.*  
*Glossa ad L. 23. ff. de S. V. P. lit. T.* (2.) Quod omnis contractus cente-  
 tar initus rebus sicstantibus l. 137. §. 6. ff. de *V. O.* Facit textus in *L.*  
*69 ff. de Contrab. Empl. l. 56. in fin. ff. de Condit. & Demonstrat. 1 f. §. fin ff.*  
*de Liberat. legat. C. 16. X. de Censu.* & quod infinitas sit evitanda l. fin.  
*C. de S. S. Ech. nec ad incogitata contractus extendi possit l. 5. & 9. ff.*

- 8 1 *de Trans. lib. Cœpolla n. 10. seqq.* Multo minus autem Pistoris pro-  
 missio eousque erit extendenda, ut si Patrefam mortuo filii seorsim  
 habitate incipiatur, singulis teneatur; quoniam in dubio in infinitum  
 se obligasse censendus non est *L. 4. §. 2. ff. de Pericul. & Commod. rei*  
*vend. l. 11. §. 18. ff. de legat.* 3. *Pileus Modicens. Decis. Jur. Controv.*  
 8 2 *Q. 48.* ubi dicit videndum in primis esse, quid actum sit. Circa lo-  
 cationem adjici adhuc meretur, si Dominus subdito furnum privatum per-  
 mittat, hac lege, ne usum ejus concedat alteri, subditus quidem domi ma-  
 riens, extraneo ejus usum nequit concedere; cum domo tamen eundem  
 locare non prohibetur, cum multa transeant cum universitate, quæ singu-  
 la alienari nequeunt *l. 24. ff. de Contrab. Empl. l. 62. ff. de A. R. D.* nec subdi-  
 to Bonis interdicte debeat prætextu servitutis bannariae odiosa. *Hering. de*  
*Molend. Q. 31. n. 16.*

## CAPUT IV.

De

### Modis Exercendi

&

### Amittendi Jus Furni.

#### S U M M A R I A.

**J**us furni non minus probe quam  
 cause exercendum. n. 1.

Magistratus incumbit visitare fur-  
 nos. n. 2. seqq.

An & quibus banc Inspectionem pos-  
 sit committere? n. 5. seqq.

Magistratus etiam ex Officio furnos  
 visitare tenetur. m. 7.

Quid considerandum circa modos  
 exercendi? n. 8.

Inter & per quas Personas hoc Jus  
 exercetur? n. 9. seqq.

Quare

- Quare Pistorum famuli Ruechte /  
vocentur? n. 11. seqq.
- Debetus ipsis pro Operis ex Contrac-  
ta locati merces. n. 13. seqq.
- Privilégium hujus mer. edis. n. 15.  
seqq.
- An ad hoc Privilégium requiratur,  
ut tempore mortis domini in ejus  
convictu sunt famuli? n. 18.
- Quomodo intelligendum, quod Pi-  
stores tali Privilégio non gaudie-  
ant? n. 19. sqq.
- An famulus talis Pistoris sit socius,  
quando in Partem reddituum ex  
furno adiutetur. n. 21. seqq.
- At hujusmodi famulus eam merce-  
dem Patri quoad Usumfructum  
acquirat? n. 25. seqq.
- Filius Patri tales Operas prestare te-  
netur, non tamen gratis. n. 30.
- Ad quam Culpam teneatur hujusmodi  
famulus. n. 31. seqq.
- Vidua quoque per famulum hoc op-  
ificium exercere potest. n. 34.
- Magistrorum filii quamam & in qui-  
bus melioris conditionis sint quam  
aiorum filii. n. 35. seqq.
- Carpitus mos Opificum magistrorum  
filii brevius tempus in Tiroci-  
nio affagnantium, quam alii.  
n. 36.
- Allegiūme natos Pistores non tenen-  
tur in Collegia sua recipere. n.  
38. seq.
- Secus in legitimatis. n. 40. seqq.
- Quid de motiorum eis filii. n. 43.
- Pistores cogi possunt ad recipien-
- dum tam Tironem. n. 44. seqq.
- Quanta Potestas Magistro in tam  
Tironem competat? n. 50. sqq.
- Magister crudelis cogi potest, ut prævia  
admonitione Tironem dimittat. n.  
52. seqq.
- Tironem ita dimissum an alius posse  
perficeret? n. 54.
- Delicta Tironis adversus Magistrum  
comissa Magistratus non Colle-  
gium puni. n. 55. seqq.
- An Tiro habet Actionem adversus  
Magistrum, cuius culpa factum,  
ne dignos in Arte sua profectus  
ficeret. n. 58.
- Testimonia Tirocinii requiruntur a  
recipiendo in Collegium? n. 59.
- Jus furni quoque per Ancillas exerce-  
ri potest. n. 60.
- Operae furnarie ab Ancilla in contra-  
cta promitti & prestari quoque  
possunt. n. 61.
- Ancilla absque mentione operarum  
conducta ad furnariam quoque  
teneatur? n. 62. seqq.
- Subjiciuntur duas limitationes. n. 66.  
seq.
- Operae furnarie ad Ancillam foca-  
riam pertinent. n. 69.
- Qui prefunt hujus Juris exercitio,  
tenentur ad rationes reddendas,  
ubi quemadmodum eas consultum  
si reddere? n. 70.
- Nemo tenetur furnos extra urbem  
babere. n. 71. seq.
- Quomodo & ex qua materia adi-  
candi furni. n. 73.

Rustici



|  |  |
|--|--|
| Rufici quoque in pagis & suburbis panes coquere & in Urbes vendendos exportare possunt. n. 74. seqq. | An furni interitu liberetur, qui eum alterius Usibus servare tenetur. n. 104. sqq.   |
| Quod eo liberius faciunt, ubi certe nundinae sunt constituta. n. 79. seqq.                           | An furno reedificatio reviviscat alteri hoc Jus in eodem coquendi. n. 107.           |
| Quo tempore necessum sit Jus furni frequentius exercere, quam alio. n. 82. seq.                      | An amittatur hoc Jus, quando Universitas concessum, Unum habere furnum. n. 108. sqq. |
| Inter Pistores hoc statutis decisum est. n. 83.  | Jus furni NON USU amittitur. n. 112. sqq.  |
| An & quando Panes quoque die solis coqui possint? n. 84. seqq.                                       | Quanto tempore Subditii immunitatem a mercede praescribant. n. 115.                  |
| Dantur plura Pistorum genera. n. 87.   | Jus furni amittitur Abusu. n. 116.   |
| Quibus Usibus furnus adhibeniatur? n. 88. sqq.   | Declaratur. n. 117.  |
| Furnus amittitur destructione. n. 93. seqq.  | Jus furni amittitur quoque Remissione. n. 118.                                       |
| Furnum destruictum in alio loco re-edificare licet. n. 96.   | Quinam remittere hoc Jus possint? n. 119. & 122.                                     |
| Furno reedificato reddit quoque Jus cogendi homines ad suum furnum. n. 97.                           | Requisita hujus Remissionis. n. 120. sq.   |
| Conductio quando teneatur de destruicto furno. n. 98.  | Amittitur quoque tempore Jus furni. n. 123.  |
| Furnus amittitur derelictione. n. 99.  | An morte expiret hoc Jus? n. 124. sq.  |
| Unde animus derelinquenti colligatur. n. 100. sqq.   | Alienatio furni quando post mortem alienantis rescindenda sunt. n. 126. seqq.        |
| Furnus amittitur quoque rei interitu. n. 103.  | Amittitur hoc Jus quoque delicto & quali? n. 122.                                    |
| An relegati quoque hoc jus possint amittere? n. 123. sq.   |  |

**T**ranseundum nunc ad modos exercendi Jus furnorum est, ubi in compedio monemus, summa in ejus exercitio circumspectione, nec minori prohibitate opus esse; Cum enim in parando pane divino munere usu ignis exerceatur, danda est opera, ne illis ad occasionem luxus & nimii quæstus quis abutatur, per hunc

hunc vero si negligentius habeatur, damnum vicino accersatur irreparabile. Inde quemadmodum in bene constitutis Rebusp. certa sunt statuta condita, quæ rei panarie modum & rationem præfigunt, ita, per quam salubre est, ut Magistratus furnos visitent, ne in periculo loco habeantur, unde vicinis damni quicquam imminere possit. Christinæus ad Confœtud. Mechanicenf. Art. V. n. 2. si enim in tabernis vinariis hoc requirit Jureconsultissimus Dn. Brunneman, ad l. 27. §. 15. ff. ad L. Aquil. n. 28. seqq. ut ad excludendas Oenopolaram fraudes, ne noxia vendant vina, aut cum exoticis probis domesticâ austera & aquosa misceant ac confundant, Oenopolia sepius visitentur; cuius quoque nec desunt exempla, & vocantur ejusmodi homines Wein Visirer. Conf. Manz. Cent. Decif. Q. 25. Quidni etiam circa furnos hoc in Rempubl. introducere suadeat periculatio? Maxime cum nec desint in bene constitutis Rebuspubl. quibus in Æstimationem & Quantitatem Panis cominilla inspectio, qui Episcopii Panarii voantur a Dn. Höltich. Difser. de Episc. Panar. Wittelberg. habet, qui eadem opera facile inspectione furnorum defungi possunt. Imo extant passim Ordinationes incendiariae, qualis etiam Vratislaviae publicata An. 1587. in quibus cum non solum de incendiis exortis strigendis solliciti sunt Magistratus & in eum casum certis personis certa concediderunt officia; sed etiam omnem incendorum occasionem eversum eunt, jussu quolibet diligenti inspectione in officinas & focos suos defungi, quo casu non erit difficile, certas personas feligere, qui inter alia statis quoque temporibus furnos inspiciant, & si periculi quedam appareat causa, id moneant & ad Se natum de eo referant. Tales si non sint ad officium Magistratus pertinet, inquirere, quod licet alias non impertiat, nisi imploratus L. 4. §. 8. ff. de damn. infect. limitationem tamen hoc patitur, si causa publica utilitatis, uti hoc casu subsit, b. 13. pr. ff. de Offic. Praesid. l. 10. C. de Episc. & Cleric. Et ita hoc casu observari, afferit Christinus d. l. Art. 5. n. 2.

Sed ut ad modos exercendi accedamus proprius; considerandæ circa eos sunt (1) Personæ inter & per quas hoc jus exercetur. (2) Locus. (3) Tempus. (4) Objectum hujus juris. Inter Personas exercetur vel volentes vel invitatis, pro diversitate scilicet hujus juris acquisiti; de quo dictum est in Antecedentibus. Quoniam vero 10 haud exigui laboris est hujus Juris Exercitium, aliorum auxilio opus est omnino; aliis tamen, quibus in opificium hoc jus tranfit, aliis rursus,

Vol. III. Disp. XIV.

F

qui

qui vel ut bannarium vel etiam ad suorum necessitates exercent, utuntur. Illi habent suos famulos, quorum alii pro pretio operas suas eloquent & vocantur *Becken-Knechte*; ubi hoc notabile, quod hi Knechte vocentur; cum aliorum opificum famuli *Geselle* vocentur; paucis exceptis v. g. *Schuh-Fleischer-Schniede-Zimmer-Knechte* &c. Cujus aliam rationem non invenio, nisi quod afferripiis & servilibus ferme laboribus hi omnes sint mancipati, aliorum vero famuli vel teneriori opera funguntur, vel etiam animi viribus amitti debent, presertim ubi artis nomine venit ipsorum opificium. Quicquid eius sit, non obligantur datrii, nisi pro conditione opificii; igitur uti ipsi ex contractu locati conducti ad operas tenentur, V. Struv. *Jurispr. For. lib. I. T. 4. § 3.*

*¶ 4* sic quoque mercedem pro iis accipiunt *V. l. 5. §. 2. ff. de P. V. & pr. Inst. de Locat. Conducl. quæ ipsis vel ex conventione certa promittitur, vel etiam statutis determinatur; non solum a Magistratu, sed etiam a Collegiis horum Opificum; concernit enim hoc Arrem & Professionem ipsorum, circa quod statuta concedere non prohibentur *arg. l. ult. C. de Jurisdict. l. 2. §. fin. C. de Const. pecun. l. fin ff. de Colleg. & Corporib. Carpz. P. 2. C. 6. Def. 9.**

*¶ 5* Sicuti autem alii famuli, sic hi quoque moto concursu in bonis Magistri ratione hujus mercedis Privilegio Prælationis gaudent, *¶ 6* de quo Carpz. *P. t. C. 28. D. 24.* Licet autem Jure Comm. hujusmodi merces saltim tacitam hypothecam habeat, per consequens prælationem praे creditoribus Chirographariis tantum mereatur, *¶ 7* Welsenb. *ex. ff. de Privileg. Creditor. n. 66.* Iure Saxon. tamen omnibus creditis etiam impensis fundibribus est preferenda. Carpz. *d. D. 24. n. 2. 5 Defin. 39.* Berlich. *d. Concl. 64. n. 65.* Cum hujusmodi famulorum operis tota debitoris familia, ejusque bona & facultates conserventur, *¶ 8* Carpz. *d. Defin. 42. n. 3.* Quod autem requirant, ut famuli hujusmodi tempore moti concursus vel tempore mortis debitoris sint in convictu Domini, V. Carpzov. *de Const. Def. 25.* Berlich. *d. I. n. 67.* Illud necessarium esse non judicio; sufficit enim eos aliquando fuisse in convictu, V. Hahn. ad Welsenb. *Tit. Qui porior. in pign. n. 5. verb. gedient.* ne ita deterioris sint conditionis, qui olim operas præstiterunt, ac qui nunc præstant, cum potius melioris debeant esse conditionis, ob moras quas in exsolutione pretii perferre necessum habuerunt; quamvis si usuras mercedis residuae stipulati sint, privilegium hoc

DE MODIS EXERCENDI & AMITTENDI JUS FURNI. 43

hoc delinquum pati facile admiserim, de quo vid. Carpz. P. 4. C. 28. d. 33.  
His autem quæ de Privilegio horum famulorum dicta sunt, obstat 19  
videtur, quod Pistores, Sartores & alii hoc Privilegio non gaudeant.  
V. Carpzov. d. Conf. 28. D. 27. Berlich. d. n. 74. Hahn. ad Wesenb.  
d. n. 3. Sed hoc non de Pistorum famulis, verum de ipsis Pistoribus 20  
intelligendum, quibus vel pro usu furni vel etiam pro panibus nondum est satisfactum, & quidem si in ædibus & coniunctu Debitoris non  
commorenatur; quod si enim, uti in splendidis familias contingit,  
etiam Pistorem quis habeat, hic quoque inter famulos numerabitur &  
codem Privilegio dignus habendus erit.

An vero erit eo casu socius, quando merces integræ ipsi in parata 21  
pecunia non exolvitur, sed ad participationem redditum ex furno  
admittitur (Das Haup. bachen gehörte an eischen Orten vor den  
Beck. Rncht / oder es wird ihm ein gewisses Eringk gelt vergönnet.)  
Ita videtur quidem ob L. 25. §. 6. ff. Lecati. L. 32. §. 2 ff. Pro Soc. l. 1 §. 9. ff. de-  
pos. Merces enim in hoc contractu in parata pecunia debet consistere l. s. 2 2  
§. 2 ff. de P. V. alias si in parte fructuum consistat (reditus autem ex furno  
esse fructus ejusdem, patet ex l. 34. 15. §. 6. ff. de Usur. l. 29. ff. de Petit.  
heredit.) in societatem degenerat, Franzk. ad Tit. Lecati n. 6. f. seqq.  
Hahn. cod. n. 6. & 7. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 29. §. 3. lit. G.  
Maxime cum hic contractus sit operarum locatio, in qua merces in 23  
parata pecunia debet consistere; licet in locatione fundi frugiferi  
quoque in parte fructuum esse queat. Dn. Brunnem ad L. 21. C. locati.  
n. 2. Verum salva res est; Reditus ex furno fructus tales non sunt, 24  
qualium in dict. text. fit mentio, ut sunt frumentum, olenum, vinum &c.  
sed in parata pecunia consistunt, & sic in partem mercedis optime  
venient. Illi enim sunt fructus naturales, nostri vero civiles Boer.  
Decis. 124. Eckold. ad Tit. ff. de Usur. & fruct. n. 12. vers. Dividuntur.  
Dn. Brunnem cod. Q. 38. & sic tota specie diversi.

Alia circa hanc mercedem occurrit quæstio; An ejusmodi 25  
famulus eam suam faciat, an vero Patri acquirat? Hujus decisio ex 26  
eo dependet, an famulus, qui ab alio ad operas pistorias conductus sit,  
sui juris an ad huc sub potestate? Moribus certe tres modi solvendi  
patriam potestatem frequentantur (1.) Propriæ negotiationis a Patre  
facta permisso (2.) Separata habitatio a paternis latibus. (3.) Nuptiae,  
Hahn. ad Wesenb. Tit. de Adopt. n. 7. Carpzov. P. 2. C. 10. D. 1. f. seqq. Dn.  
Brunnem. Comm. Cod. ad 1. 9. Quodecum eo, qui in al. n. 3. Quod ultimum  
F 2 in

in filia indistincte, in filio vero, quando simul ab economia paterna  
se separat, procedit. Carpzov. d. l. Def. 2. & 3. add. Franzk. ad L.

**27** Gallus de lib. & Postb. membr. 3. per tot. Inter hos modos eti numeratur separatio ab aedibus paternis, ea tamen totalis & cum effectu intellegenda est, si sc. separatam economiam instituit, wenn er sein eigen Geuer und Heerd hält? V. Dd. alleg. add. Berlich. P. 2. Concl. II. n. 23. sqq.

**28** Hoc vero tamdiu non facit, quamdiu præstat Magistro suo operas, hujus enim mensa & convictu fruitur, qua ratione sequitur, ipsum adhuc esse sub patria potestate, & per consequens Patri in illa mercede deberi usumfructum per §. 1. 7. Per quas Person. cuique acquir. L. 6. C. de bon. qua liber. pertinet enim ad peculum adventitium, utpote artibus Mechanicis acquista. Dn. Brunnem. add. l. n. 1. Wesenb. ad Schneidev. Inst. de Patria Po-

**29** test. n. 46. lit. G. Nec obstat, quod ejusmodi filius non amplius alatur a Patri. Usufructus enim non ob alimenta ipsi debetur, sed est effectus Patriæ potestatis Carpz. d. l. Def. 7. Dn. Brunnem. d. l. n. 2.

**30** Cum etiam liberi Parentum commoda quavis ratione promovere & ipsorum necessitatibus succurrere debeant L. i. C. de aliend. liber. qua occasione ex Platon. d. LL. l. 4. eleganter verba allegat Pufendorf. de J. N. & G. lib. 6. c. 2. §. 10. Putare quisque debet, omnia, que possidet, eorum esse, qui generunt & educarunt, ita ut illis hac omnia pro viribus ministrare debeant, primum quidem externa bona, deinde etiam corporis &c. facile quoque patet, filium Patri ad hujusmodi operas teneri, si opificium tale exerceat; non tamen gratis, ne ita deteriorior sit conditionis, quam alii famuli, sed pro certa mercede, Dan. 45. Can. 12. Q. 2, in qua Pater quoque Usumfructum habet, Carpz. P. 2. C. 10. C. 8.

**31** Adquam culpam famulus teneatur, questionis est? Dicendum forte latam & levem ipsum faltim præstare, quoniam ex contractu locati tenetur, in quo nisi de culpa lata & levi non tenetur conductor ob regulam in l. 5. §. 2 ff. emod. & l. 23. ff. de R. J. Schneidev. ad §. 5. Inst. de Locat. Conduct. in

**32** n. 1. Carpz. P. 2. conf. 37. Def. 24. Nec obstat §. 5. Inst. de Locat. Conduct. in eo enim propositivo superlativus ponitur, Carpz. d. l. n. 3. sqq. Ad. l. 25. §. 7.

**33** ff. Locat. respond. Franzk. eod. n. 20. sqq. Quoniam tamen hic Opifex peritiam Opifici sui professus locat operas, dixerim, ad levissimā culpā ipsum teneri, cum Dn. Brunnem. Comm. Cod. adl. 28. C. Locat. n. 4. seq. quo de casu etiam loqui

DE MODIS EXERCENDI & AMITTENDI JUS FURNI. 45

loqui videtur d. l. 25. §. 7. d. t. Franzk. c. l. Quoniam autem Vidua post mortem mariti omnia ejus juraretinet, quam diu alii nupta non est. 4. ff. de senatoriis & ibi Glöll. Marg. lit. G. Berlich. P. 3. Concl. 52. n. 34. Consequens est, ut opificium quoque exercere & ministerium alere possit; siē fām Gesellen fördern; qualis famulus vocatur ein Meister-Geselle/ licet Magisterii prærogativa nondum insignitus sit, Tholofan. Syn. Jur. Univ. L. g. C. 4. n. 11.

Plura de hisce famulis adjici possent, verum cum nec de iis principaliis nosfer sit sermo, & pleraque non jure certo, sed statutis & consuetudinibus sint prodicta, quorum non potuit mihi esse copia; excusatum me habebit B. L. & attentione sua ad eos Pistorum famulos sequetur quos Tirones vocant die Lehrjungen. Ex quibus melioris sunt conditionis Magistrorum filii, Meister-Söhne / qui vel ex Magistro concepti & nati sunt, vel etiam antequam in collegium Pater reciperetur ob L. 5. ff. de senator. Hahn. ad Wesenb. d. t. verb. Liberis in fin. Carpz. P. 2. C. 10. D. 32. quam alii. Illis enim plerumque extempore aliquid remittitur, quod ceteris in Tirocinio est exhaustendum; si mögen lernen / so lange sie wollen. Sc. ab initio eligunt tempus certum, intra quod tirocinia sua possunt. Male me judge, neque enim intra tam breve tempus ad tantas corporis vires perveniunt, quantas Sisyphius eorum labor depositit, qui pro certa mercede inseruiunt. Accedit, quod tempora Tirocinii multum proficiunt ad Juvenilem lasciviam coercendam; quo facit tum laboris assiditas, tum quoque severior disciplina, cui subsunt Tirones hujusmodi; Igitur quando adeo mature sui veluti juris esse incipiunt, vitiis primis atatis nondum concordis nec arte sua probe imbibita incipiunt luxu & petulantia sua Reipubl. esse graves, miseriae vero sua probe firma jacunt fundamenta. Maxime si peregrinationes suscipiunt, (quarum tanta est apud hoc hominum genus necessitas, ut difficuler in collegium recipiantur, qui annum ad minimum peregrinando non consumserit Imo in Marchionatu Onoldino est statutum, quod allegat Limn. in Addit. ad Jus Publ. lib. 4. c. 8. n. 307. vicinus requiritur, dass er zwey Jahr auss dem Handwerk gewandert.) Ibi enim cum a peregrinis ex Etate inidonei tantis laboribus astimentur, negliguntur, nec a quoquam conducuntur facile. Nullum vero hoc caſu, nisi a mendicitate auxilium restat cum magno Reipubl. malo, quippe quæ ita otiosis oppletur hominibus, qui ubi commode eva-

enari nequeunt, mole sua Rempubl. pessundaturi sunt. Puffendorf.  
d. J. N. & G. L. 6. c. 1. §. 19. add. L. Un. C. de Mendis. valid. & Ahav.  
Fritsch pecul. Tr. de bacmater. Et quot sunt exempla eorum, qui misera-  
riarum suarum causas ex hoc solo fonte derivant. Conveniret Magi-  
stratus officio, terminum huic Tirocinio absque distinctione ponere, nec  
permittere, ut diversitas sit inter eos, inter quos conditionis disparitas  
apparet nulla, contra L. 32. ff. ad L. Aquil. Non enim puto, ad se trahent  
Pistores illud Horatianum. L. 4. Od. 4.

*Forces creatur fortibus & bonis;*

*Est in Javencis, est in equis patrum*

*Virtus, nec imbellem ferores.*

*Progenerant aquila columbam.*

37 Deinde ex d. s. Holden quoque Magistrorum filii aliis in eo melioris  
sunt conditionis, daß sie deshalb Meistergeldes gefreyet/ und nur  
vier Gülden zu geben schuldig seyn sollen.

38 Verum de his satis, nunc ad alia. Ubi receptio hujusmodi Ti-  
ronum sese exhibet. Circa hanc studiosae in Natales inquiritur, an  
sint integrorum vel corruptorum Natalium. Illegitime nati igitur,  
licet infamia non laborent; nullum enim eorum turpe factum, sed o-  
mne Parentum vitium est. l. 6. ff. de Decurion. C. 5. dis. 56. cum tamen  
levem maculam secum trahant per ea, quæ habet, Hahn ad Wesenb.  
tit. de his quinot.infam.n. 2.add. Carpz. P. 1. C. 16. D. 71. n. 6. & P. 3.  
C. 10. D. 10. n. 4. seqq. in honesta Collegia recipiendi non sunt,

39 Schneidev. ad §. 2. J. de J. N. G. & C. v. 15. Nec obstat, quod ad Dec-  
curionatum admittantur spuri d. l. 6. pr. & l. 3. §. 2. ff. de Decurionib.  
hoc enim in casu necessitatibus tantum obtinet, quando idoneum nul-  
lum habent competitorem d. l. 3. §. 2. ergo in consequentiā trahi  
nequit l. 162. ff. de R. J. C. 78. de R. J. in 6. Et illegitime nati oblati Cu-  
riæ eo ipso legitimantur l. 3. & 4. C. de natural. lib. Nov. 89. c. 2. §. fin.

40 Inst. de Nupt. quod hoc in casu cessat. Quod si tamen per matrimo-  
nium subiequens legitimati sint, nullum dubium est, quin sint recipi-  
endi, Carpz P. 2. C. 6. D. 12. per hoc enim non solum omne vitium an-  
tecedens purgatur, sed legitimati quoque per omnia legitimis sunt  
similes. Nov. 74. C. 1. Nov. 89. C. 8. C. Tanta X. Qui sūi sint legit. Gail.

42 l. 2. Observ. 140. n. 2. seq. & Observ. 241. n. 1. seqq. Et licet obstat vi-  
deatur, quod testimonium legitimæ nativitatis exhibere nequeant,  
absque quo ad Collegia non admittantur, tamen nec hac ipsis den-  
gantur.

DE MODIS EXERCENDI & AMITTENDI JUS FURNI. 47

gantur Dn. Carpz. d. l. Def. 15. Idem in legitimo per Rescriptum Principis obtinet. Carpz. d. l. Def. 16. Quod deinde habent de molitorum, Textorum, Chirurgorum, Opilionum, Tibicinum &c. liberis in collegia non recipiendis, illud tanquam irrationalib[us] improbatum est in Recell. Imp. de A. 1577. 1530. & 1548. Tu. von Handwerks Söhnen. Hahn. ad Tit. de his qui notantur infam. Carpz. d. l. Def. 12. n. 1. & hinc rejici idem a Collegiis non possunt.

Quod autem cogi possit Pistor Autoritate Magistratus ad recipiendum hujusmodi Tironem, ob sequentia assero. Certum enim est, cogi posse Advocatos & JCTos, ut officio suo defendendo & consulendo aliis inserviant, Gail. lib. 1. Obs. 43. n. 1. sqq. in Conf. Dn. Brunnem. ult. n. 2. quanto magis igitur Pistores, quorum non ita pretiosa est opera, quin insumi queat in Reipubl. utilitatem promovendam. Interesse vero Reip. ut Juvenes in utilibus & necessariis Artibus instruantur, nemo necfit. Deinde, qui venales exponit merces, 45 cogi potest ad vendendum, Schneidev. ad Tit. J. de Contrah. Emt. §. fin. n. 8. Mynsing. Cent. 5. Obs. 27. n. 4. quidni Pistor, qui Artificium profitetur, ob dictas rationes cogi posset ad erudiendum Tironem. Neque est, quod opponant ex Can. 4. Cauff. 10. Q. 2. non posse se cogi 46 beneficium facere. Quam exiguum eni[m] est beneficium tempi vidu alterius necessitatibus succurrere in cuius compensationem vicissim utuntur ejus operis. Imo si tandem ipsis damnosum est, instruere Tironem, possunt illud damnum per retentionem compensare. Quemadmodum enim qui ex captivitate alium sua pecunia redimit, eum per quinquennium in operis retinere potest, si lytrum non restituerit & ult. C. de Postlim. revers. ita simili ratione Pistor tales famulum ad tempus retinere possit, usque dum ipsis quodammodo sit satisfactum.

Cum & passim inter opifices & negotiatores receptum sit, ut si nullum salarium acceperit Magister, Tironibus tempus longius trahendum sit in Tirocinio. Generalis enim est ratio l. 1. §. fin. ff. de Poen. 47 l. 7. §. 3. ff. de Jurisdic. l. 25. ff. de in Ius vocand. ut in corpore huic, qui in ære non habet; aut ministerio corporis compenset, quod in pretio deficit, & sic ad hunc casum applicari optime potest. Maxime cum ejusmodi opera sint pretio estimabiles, quod habere videtur ille, qui operis fruitur, arg. l. 88. ff. de V. S. Quoniam igitur ad Magistratum 48 pertinet Orphanorum cura, civium vero uti sunt communia, civitatis commo-

commoda, sic etiam onera esse debent, ille officio suo satisfacit, Orphanos ad institutionem tradendo; hi vero eosdem recipiendo & in utilia Reipubl. membra fingendo, huic enim & ipsi & omne ipsorum studium obligatum est.

- § 50. Quanta potestas Magistro in talem Puerum competit, patet ex l. 5. §. 3. ff. Ad L. Aquil. levis scilicet castigatio. Quamvis enim sint liberi homines, ad quos neque ex se, neque ex temporis ratione, sublata Jura servitutis applicari possunt, cum Magistris tamen incurvabat cura Tironum actiones dirigendi ad ipsorum salutem, maxime ut in Arte sua dignos profectus faciant, quia in ipsi non dum intelligunt, consequens est, ut in eorum Personam quoque Imperium exercant, quantum ad istum finem sufficit, velut in simili loquitur § 51. Pufendorf. de J. N. & G. Lib. 6. c. 2. §. 4. Levis vero debet esse castigatio, data enim ipsis potestas est, ad corrigerendum non ad exterrendum; hinc si crudelior in ipsum sit Magister, & in aliqua parte corporis eum vulneravit, competit contra ipsum Actio L. Aquila per § 52 d. l. 5. §. 1. Imo si aliter adversus ipsius Crudelitatem non possit Tironi consuli, cogi potest, ut eum dimittat, arg. §. fin. j. de his qui sunt vel alieni. Jur. sanc. l. 2. ff. eod. Franzk. Comm. ff. Tit. de Contrah. Emt. § 53 n. 88. Gail. l. 1. Olf. 17. n. 4. Grammatic. Decision. 104 per tot. previa tamen admonitione, Grammaticae d. l. n. 23. qua cautio de non offendendo injungi potest, ut ea spreta, si sevire perrexerit abdicatione § 54 hujus Juris puniatur. Quo casu nihil obstat, quin apud alium Magistrum consummare possit annos Tirocinii; Si enim irrationabilis est consuetudo opificum, ne perficiat alter, quod alter, incepit. V. Carpz. P. 2. C. 6. D. 11. nihil quoque erit, quod hoc casu opponere possit alter § 55 Pistor, nisi quod omni ratione careat, nec mereatur attendi. Deinde haec castigatio est saltē emendatoria negligentiae circa operas commissar. si enim deliquerit aliquid contra Magistrum vel familiam, § 56 eius cognitio ad Magistratum pertinet. Nonne vero ad Collegium? Ita quidem videtur, quoniam Magistri Collegiorum aliquam quoque Jurisdictionem habent coercendi eos; qui ad Collegium pertinent § 57 & multam interrogandi. Carpzov. P. 2. C. 6. D. 9. Verum hoc ultra res Professionem ipsorum concernentes extendendum non est, nec facultatem super delinquentibus cognoscendi & eos puniendi potest tribuere. Carpz. d. l. Def. 10.

DE MODIS EXERCENDI & AMITTENDI JUS FURNI. 49

Uti vero vicissim culpae reus est Magister, si negligentior in officio suo fuerit *l. 14. in fin. ff. de offic. Presid.* ita queri posset, an convenire queat Tiro Magistrum, si ejus culpa factum, quo minus dignos in sua Arte profectus fecerit? Sed haec & alia, maxime dimissionem concernentia, ubi de effectu der Lehre brieffe / de quibus V. Wehn. Obs. Pratt. verb. Zunfft. §. In Opificum. Limn. de Jure Publ. l. 2. Addit. ad l. 4. c. 8. n. 298. Knipschild. de Jur. & Privil. Civ. Imp. Liber. l. 5. c. 2. n. 30. circa receptionem in collegium queri posset, (quæ literæ testantes de biennio tyrocinii juxta cum biennali peregrinatione & VIII. florenorum exultatione pro impetrando Jure Magisterii in Onoldino Marchionatu requiruntur, teste Limn. d. l. p. 636.) specialem requirunt tractationem, cui me impendere nunc nequeo; ut taceam, pleraque ex his nisi opificum horum statutis & moribus, de quibus ego imperitus judicare non possum.

Quibus ut bannarium vel ad suorum sustentationem hoc Jus com- 60 petit, illud plerumque per Ancillas exercent. Quemadmodum, olim quoque servi ad hanc operas adhibebantur, *V. l. 28. ff. de Reb. dub.* ita quoque feminas ad panum cocturam olim fuisse adhibitas, ipsa testatur sacra Scriptura *l. Sam. 8. v. 13.* (quod tamen non fiebat, quando in pris-  
ium damnabantur, de quo ap. Terent. *Andr. Act. 1. sc. 2.*

Verberibus cesum te, Dave, in Pistrinum

Dedam usque ad necem.

Pistrinum enim molam significabat servis circumagi solitam, Rosin. Antiquit. Roman lib. 1. c. 14. p. m. 79. Hering. de Molendin. Q. 4. n. 7. add. Alex. ab Alexandr. Genial. Dier. l. 3. c. 20. p. 158. quamvis Heringio teste Pristini appellatio omnes res comprehendenterit, quæ ad Pistoris exercitum pertinuerunt. arg. l. 15. pr. ff. de instrukt. vel instrum. leg.) Mansit enim in Ancillis nostris ad operas obligatio, licet ex alia causa sit orta, adeo ut ad eas quodammodo Jura servilia applicari possint, Struv. Jurispr. Forens. l. 1. Tit. 4. §. 3. nec iisdem, quibus olim implicata sit nexibus. Quemadmodum vero Ancilla, quæ ad furnariam conducta est, eam exercere omnino tenetur; licet enim fabriles Pistorum sint operæ *l. 6. ff. de oper. libert.* Hahn. ad Wefenbec. cod. tit. n. 3. verb. fabriles. quas saltim Artis periti praestant, Dn. Brunnen. cod. Tit. Q. 4. attamen cum in operis Consuetudo attendenda sit, Mev. von Zu- stand und Absolue der Bauers-Leute *P. 1. n. 30.* qua universim Ancillæ Vol. III. Disp. XIV. G hujus



hujusmodi operis adhibentur, consequens est, ut eas subter fugere nequeant; ille potissimum, quæ in contractu furnarias operas promiserunt; hoc casu enim bona fide congruit; præstari illud, quod inter contrahentes actum est l. ii. §. i. ff. de A. E. add. l. i. pr. ff. de P. C. & l. i. pr. ff. d. Cons. d. Confit. Pec. Cum non amplius displicere possit, quod semel placuit C. 21. de R. J. in 6. l. 9. Ver. sed eo dictum ff. de negot. gest. sed uti ab initio contractus sunt voluntatis, ita ex postfacto sunt necessitatis l. §. L. de O. & A. L. 3. C. de Rescind. Vendit.

62 Ita queritur, si Ancilla conducta sit absque mentione certarum operarum, an furnariam quoque exercere teneatur? Pro negativa facit (1) Quoniam hujusmodi operarum præstatio dum in Contractu neque re neque verbis expressa est, pro omissa haberi debet l. 99. ff. d. O. V. eam enim si voluisse Conductor Ancillæ, facile potuisse exprimere, quod dum non fecit, nec voluisse censendus est. Modestin. Pistor. 2. Cons. 21. n. 12. Gedd. 4. cons. Marpurg. 37. n. 123. & cons. 44. n. 7. (2) Exactio operarum est odiosa, Dn. Brunnem. adl. 1. C. Ne Rustican. n. 5. qualia non sunt extendenda cap. 15. de R. J. in 6. arg. l. 19. in fin. ff. de liber. & posth. hered. insti. (3) Contractus in id, quod debitori est commodius, interpretari debemus L. 26. ff. de reb. dub. l. 38. §. 17. ff. de V. O. Dn. Brunnem. Consil. 87. n. 26. Debitrix vero hic Ancilla est, quippe quæ operas suas promisit.

63 Pro Affirmativa vice versa militat, quod (1) indefinite promissa sint opera, indefinite vero locutio universali æquipolleat. L. 43. & L. 44. ff. de Legat. 2. sic Coniux in Paetis dotalibus sibi facultatem reservans alteri Coniugi de hereditate in ipsum transferre potest. Carpz. l. 6. Respons. 8. Similiter fidejussor, qui simpliciter intercedit, in dubio in omnem causam fidejussisse sensetur. Dn. Brunnem. Tit. de Fidejussor. Q. 22. Aliud elegans exemplum, V. ap. Dn. Brunnem. Consil. 139. n. 27. (2) Locatio Conductio est Contractus b. f. §. 3. Inst. de Obigat. ex Consens. §. 28. Inst. de Action. in quo multa ex æquo & bono præstanta veniunt, licet in eo expressa non sint l. 7. ff. de Negot. gest. Carpz. l. 5. Resp. 15. n. 9. ut hinc quicquid ex conjecturata mente contrahentium inest contractui, de eo actum esse intelligatur, Carpzov. P. 2. C. 52. D. 10. n. 8. Quis vero dubitet, conductorem sensisse de hujusmodi operis, quippe quæ ad sustentationem maxime sunt necessariae, (4) quas nemo facile exclusisse presumendum est. Itaque hanc sententiam quoque priori preferimus & ad contraria sequentem in modum respon-

DE MODIS EXERCENDI & AMITTENDI JUS FURNI. 51

respondemus: (1.) quod harum operarum expressio necessaria non sit; tacitum enim idem hic operatur quod expressum *L. 3. ff. de Rebus credit. L. 21. ff. de Jur. dor. l. 94. ff. de V. O.* (2) Dictum procedit saltim in iis, qui ex necessitate præstant operas, ut subdit, *V. Carpz. L. 1. Resp. 65. n. 19.* ubi favorabiliores debent fieri interpretationes, quam quando Ancilla ex voluntate operas suas obligarunt, *arg. l. 7. §. 1. & l. 8. §. 4. ff.* Qui satis cogantur, ad quas hoc ipsum extendi nequit. (3) Dicitur certe respectu quoque Conductor Debitor, hic enim mercedem pro operis, quid si itaque pro eo faceret dicta regula. Accedit, quod in omni contractu resipienda sit causa, qua ad contrahendum quis fuit commotus, & ex ea contradictionis interpretandus, *V. Carpz. P. 2. C. 46. D. 12. n. 5.* Duna-  
gitur causa hic fuit, sublevare Matremfamil. operis ad quas ipsa teneba-  
tur, subjuncta ipsi Ancilla, quæ vicem ipsius subeat, sequitur, ut ejus  
quoque naturam induat, in cuius locum est surrogata.

Nolo tamen Ancillas nimium gravare, ideoque præcedentia in- 66  
telligenda sunt, si ad suorum sustentationem quis hoc Jus exerceat,  
etenim in furno bannario secus se habet, qui ob frequentiam usus  
speciales requirit operas, qua sub generali earum promissione non com-  
prehenduntur, *arg. C. 4. de Procurat. in 6.* nisi ancilla his quoque suffi-  
cerit & ipsi peculiares merces hoc nomine constituta fuerit, alias enim do-  
minus cum eius damno operas lucraretur contra *L. 4. ff. de Condit. indebit.*  
*L. 206. ff. de R. J. c. 48. de R. J. in 6.* Deinde præcedentia quoque limitan- 67  
tur, si Dominus inter Ancillas operas diviserit; unam enim deinde con-  
ducens Ancillam non videtur ad omnes operas eandem destinasse; ita  
enim mutasse consilium suum censendus esset, Mutatio vero nunquam  
presumitur *L. 22. ff. de Probation.* maxima si ea in prajudicium alterius  
tendat *L. 75. ff. de R. J.* Accedit quod omnis conventio ineat rebus sic  
stantibus *L. 37. §. 6. ff. V. O.* Quoniam tamen Rerum suarum quilibet 68  
moderator est & arbiter *L. 21. C. Mandat.* divisas operas Dominus rursus uni  
Ancillæ committere potest; quod si probetur, quin ad furnariam nova  
Ancilla quoque tenetur superiora dubitare non finunt.

Alia exinde exsurgit quæstio: Si duas Ancillas quis habeat, A- 69  
triensem unam & culinaria tractantem alteram; ad utram pertineat  
coctura panis? Evidem in voluntare Domini est, utram ad has ope-  
ras conducentem velit, & sic pœta inscienda, qua dant legem contractui.

In dubio tamen has operas ad culinares, & per consequens ad Focariam pertinere moribus introductum est. Hujus enim officium circa ciborum apparitionem versatur, inter quos panis merito primas obtinet, Hering. *Tr. de Molendin.* Q. 2. n. 25. & Q. 1. n. 25. inde quoque ad comedabilia pertinebit, cum enim farina iis adnumeretur, Carpz. P. 3. C. 53. D. 10. n. 5. add. Schneidev. *ad inf. tit. de success. inter Vir. & Uxor.* n. 42. Berlich. P. 3. *Concl.* 43. n. 22. *seqq.* Panis quoque tanquam causatum eodem referendus erit; Causæ enim & causati idem est judicium l. 2. ff. *de fluminib.* l. 9. ff. *ad l. Jnl. de Adult.* Quas operas Dominus vi Juris furnorum exigere possit, rectius ad effectus hujus Juris dicetur.

70. Qui præsunt huic Juri & alieno nomine redditus percipiunt, quos maximos in Thuringia & Saxonia Nobiles lucrantur, teste Wehner. *in Observat. Praef. voc. Mühlen.* tenentur ad rationum redditionem uti omnis alius, qui aliena bona administrat. V. Dn. Brunnem. *Conf. 5. n. 12.* & *conf. 17. n. 23.* Carpz. L 5. *Rep. 69. n. 1.* Quoniam autem hic omne negotium inter plebes ferme geritur, ad evitandam fraudis suspicionem tutissime bacilli fissi adhibebuntur, ut illorum altera pars penes Administratores hujusmodi maneat, alteram vero partem accipient, qui in furno cogintur panes suos coquere data certa aliqua mercede pro singulis vicibus, quibus furno utuntur; similiter ac in molendinis bannariis rationes secundum hujusmodi bacillos fissos exiguntur, de quo, V. Coler. *Oeconom.* lib. 2. c. 3. *Rubr. die Wochentliche Aufhebung.* & ex eo Hering. *Tr. de Molendin.* Q. 54. p. m. 452. sic enim neque plus justo potest exigere Præfectus, neque Domino etiam fucum facere cum hac omnia ad oculum demonstrari possint, qua probatio dicitur excellentissima. Berlich. P. 1. *Concl. 65. n. 135.* Quoties vero sint rationes exigenda, in arbitrio Domini est; in molendinis bannariis quovis trimestri spatio redduntur. Coler. d. 1. *vers. der Befehlhaber.* Deinde bacilli fissi quoque ad hoc inservient, ut a Pistoribus legitimus numerus Panum restituatur, antequam enim in furnum immittantur nutuerari & incidi bacillis fissis possunt, & sic juxta eos deinde etiam restitu. Quemadmodum Pistores quoque, quibus statu tempore solvit, secundum eos mercedem possunt exigere.

71. Quod locum attinet, de eo jam supra injecta est aliqua mentio. Ut extra Urbem quis furnum habeat, compelli ideo nequit, quoniam furnus est pertinens aliquod domus, ad necessitates humanas potissimum.

mum faciens, quo minus commode usurus est aliquis, si a domo avulsum teneatur habere, sic enim ab usu rei sua quodammodo excludetur, quem tamen plenissimum alias quilibet habet in re sua. Accedunt supra dicta, quod quilibet in fundo suo furnum aedificare possit; quidni igitur in urbe quoque domui sua adjungere? Net obstat quod Vitrarii<sup>72</sup> extra urbem suas officinas habere tenantur, velin loco aliquo urbis insolito & infrequenti, Tholosan. *Synt. Jur. Univ.* l. 18. c. 22. n. 7. ratio diversitatis enim manifesta est, ne hie pestilenti suo vapore hominibus nocent, *Id. d. l.* ob quam rationem olim quoque cadavera mortuorum extra Urbem sepelienda erant *l. 3. §. 5. ff. de sepulchro violat.* Carpz. *Jurispr. Eccl.* l. 2. *Def. 385. n. 2. sqq.* talis vero periculi ratio cum cefset in furnis, ad eos hoc trahi nequit cum ratio a diversis desumpta nihil probet *l. fin. ff. de Calumniator.* l. 10. C. de Probat. Quoniam tamen imminet ignis pe-<sup>73</sup> riculum; non solum ex materia furni aedificandi non sunt, quæ ignem facile concipit, ut sunt stramina & ligna; quales in pagis passim apparet; sed cum domibus non ita quoque jungendi, ut ejus flamma ha- facile possint corripi, sed quantum fieri potest, ab iis sunt separandi, quod observari in pagis ac urbibus videmus frequentius.

An in suburbis & pagis hoc jus exercere licet, questionis est?<sup>74</sup>  
 Et quidem coquere & vendere panes actus meræ facultatis est,  
 & sic Iure Gentium omnibus competit *L. 5. ff. de J. & J. add.* Berlich.  
*P. 2. Concl. 3. n. 9.* per consequens quoque in omnibus locis; Maxime  
 cum necessitatibus humanis hoc Jure subveniatur, quæ nullo postulant  
 excludi loco; sed permitta non modo unicuique verum commendata  
 quoque esse debent. *L. 1. §. 3. ff. d. J. & J.* Quare Carpz. l. 1. *Resp. 41.*  
 statuit non solum in pagis cuique exercitum hujus juris liberum<sup>75</sup>  
 esse, sed panes coctos rusticos quoque in Civitatem exportare & ibi  
 vendere prohiberi non posse; Cum enim hoc nec lege ulla expressa, nec  
 ratione legis prohibitum sit, absque lege quoque *I*Ctus aliquid hoc casu  
 statuere merito erubescet *Nov. 18. c. 11.* Et licet hujusmodi actus Jure<sup>76</sup>  
*Civ. ad certum modum adstricti sint,* Berlich. *P. 1. Decis. aur. 150. n. 31.*  
 imprimis vero illis, qui privilegiis certum collegium habendi vel ar-  
 tem exercendi gaudent, Jus alios prohibendi competit, Bald. *Cons. 463.*  
*n. 5. Vol. 4.* Berlich. *d. Decis. 150. n. 33.* Moribus enim plerorumque lo-<sup>77</sup>  
 corum Collegii opificum intra unum vel duo millaria hoc Jus prohi-  
 bendi in pagis habitantes competit, Carpz. *l. 1. Resp. 42. n. 4.* Non solis  
 Zythor-

- Zythopeptis, de quo Carpz. d. Resp. 42. n. 18. sq. & P. 2. C. 6. D. 4. sed alii quoque opificibus v. g. fabris ferrariis Carpz. d. Resp. 42. n. 5. Dum enim divisii sunt pagi ab urbibus, divisæ quoque inter cives & rusticos negotiaciones sunt & his agricultura relicta ad illos transferunt, quib. ci-vitas instructior redditur atque beatior. V. Dn. Brunnom. Conf. 58. n. 4.
- 78 Attamen nullibi expressa de Pistoribus extat sanctio; verum in omnium statuum Imp. territorii libera cuique facultas est ubique Jus co-quendi Panes exercendi. Carpz. d. Resp. 41. n. 20. sq. Igitur in practica non haberi potest, quod in lege non cavetur. Bald. ad cap. 44. n. 25. X.
- 79 de Elest. Videtur tamen illi libertati modus aliquis esse positus per nundinas hebdomadales, quas Grey-Märkte vocant, his enim licentiam fecerunt Magistratus potissimum Panes & similia in urbem vice-
- 80 nam exportandi ibique vendredi. Quarum nundinarum concessio, ut obiter dicam, non ad Principem, sed ad Magistratum Municipalem
- 81 quoque spectat, Limn. addit. ad Jus Publ. l. 4. cap. 8. p. m. 643. Et nota-bile est, quod Jus ejusmodi nundinas instituerunt Academia Francofurtana quoque habeat ex singulari Sereniss. Elector. Privilegio, quo de Vid. Notitia Universit. Francofurt. p. 33. qua habetur in memorand. Francof. Dn. Beccan.
- 82 Circa tempus consilium necessitas suggeret. Boni tamen Pa-tresfam. id potissimum cura habent, ut Jus furni vernali quam ali-tempore frequentius exerceant. Creditum enia est, panem eo tempore facilius mucum contrahere, ob raptum aliquem similium, qui cum ef-
- 83 florente frumento Pani cum ipso intercedit. Inde etiam Colerus Oeconom. l. 2. c. 3. ver. quicq. pflegen. Mense Decembri apparare Panes ju-bet qui per verem possint absque contractione muci durare. Quemad-modum vero hujusmodi Necessitates alio tempore instant, alio remittunt rursus, ita discontinuis actibus hoc Jus exerceatur, licet continua-rem retineat causam, qua semper quis uti possit hoc jure, quoties necessitas exigit. Inter Pistorum statutis decisum est, quoties singulis septimanis debeat quisque eorum Panes venales coquere; que ipsa tamen pro diversitate locorum variant; alibi enim quatuor, alibi sex vicibus he-bdomadatim hoc Jus exercere possunt. In aliis locis, ubi non est magnus Pistorum numerus, eo ordine hoc Jus exerceant, ut ad alterum denum
- 84 transcat hæc facultas, si prior panes suos vendiderit. Die feriato posse panem in honorem Dei coqui, testis est Camill. Borell. sape cit. Lib. 4. c. 7. n. 45. licet enim die dominica artium officia quietescere debeant l. 3. c. de Paris & ibi

DE MODIS EXERCENDI & AMITTENDI JUS FURNI. 55

& ibi Dn. Brunnem. n. 1. adeo, ut in Saxonia manuales operas eadie tractans multæ VI. argenteorum puniatur per Ord. Eccles. Artic. gener. 17. §. est soll auch verb. Und da er hieran brüchtig. & Decret. Synodal de A. 1624. §. alle Hand-und Pferde-Arbeit. verb. Order von denen ic. alleg. a Carpz. Jurispr. Eccl. l. 2. Def. 252. n. 5. seqq. add. Id. Def. 255. n. 5. seqq. Cum tamen necessitas legi non subjaceat. c. 2. infin. X. de Olßer. jo. 85 jun. Gail. l. 1. Obj. 102. n. 8. co quoque casu, ut operas manuale suas alii, sic quoque Pistores poterunt jus furni exercere. Vid. c. 3. X. de Partis L. 3. C. cod. ibique Dn. Brunnem. n. 2. seqq. Carpz. d. l. Def. 251. Dari autem pot. 86 est ejusmodi necessitatis casus, si maturanda urbis alicuius obſidio sit, ubi ad alendum exercitum a certo Pitorum collegio certa quantitas Panis debet confici; Agitur enim hic de causa alimentorum, quæ pīe causæ equiparantur, Tiraquell. Privil. pie causæ. seqq. Surdus de aliment. 8. Privileg. 17. & facillime in hoc speratur. Numinis venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur, l. pen. C. de Ferri.

Denique veluti tum luxus tum necessitates humanæ diversas Pa. 87  
nis species invenerunt, quales recenset Coler. Oeconom. lib. 2. c. 3. verb.  
Bvddbaſen ist auch. ita exdem diversis Pitorum generibus adin-  
ventis præbuerunt causam. Ita enim alii sunt Haſſbecker (quo opifi-  
cio in aliquibus locis funguntur mulieres, Coler. d. 1. vers. Es pflegen.)  
alii Paſterenbecker / alii Loſſbecker / alii Geſtbecker / alii Ruchenbecker ic.  
quorum discrimen licet a diversitate Panis nata sit, & ita etiam in mul-  
tis locis obſervetur, in aliis tamen locis magis in nomine quam in re  
consitit, quorum ideoque sunt statuta attendenda & catenus proban- 88  
da, quatenus a vera ratione non aberrant. Eſi autem superius a  
potiori, unde omnis proficiſcitur denominatio l. 10. ff. de ſtat. hom.  
furnum dixerim locum, in quo panis decoquitur, tamen idem ad alios 89  
ut ſus multos destinatur. Sic ad ignem in furnis paſſim linum ſiccari  
ſolet, quod tamen periculorum & hinc tutius exiftimat Coler. d. 1. c. 8. 90  
ut ſoli expofitum linum exſiccetur. Pariter in Silesia, ubi magnus  
prouentus eſt Rubia ſativæ, qua de vid. Henel. Sileſiograph. c. 2. p. m. n.  
cadera quoque in furnis immittitur, ibique torretur, verum prohi-  
buit Magnific. Sematus Uratſlav. ne cadem in laudatam urbem inve-  
hatur, in Ordinat. incend. de A. 1578. vers. Es ſollen auch ic. Itaque ex-  
tra urbem furni extruendiſunt; quod ſimiliter de lino aſerit, Colerus  
d. 1. vers. darnach ist auch Es seqq. Porro ad Pira & poma torrenda u- 91  
ſus furni quoque extenditur, de quo iterum, Coler. l. 1. c. 15. vers. Die  
Bauern-

- 92 Bauernseq. & cap. 16. vers. Schütte sie. Et quod infandum est, pediculorum curæ quoque adhibetur furnus, immisis in eum infectis vestibus, Coler. l. 8. c. 44. vers. vor die Leuse. Quantum panes singulis vicibus quis coquere possit, vel familiæ amplitudo, vel statuta aut conventione determinabunt, quæ singula attendenda.
- 93 Circa modos amittendi distinguendum est inter furnum & Jus furni hæc duo enim diversa esse, patet ex dictis superiorius. Furnus amittitur (1) FACTO, quando destruitur. Destructio enim instar Amortisationis est, & a materia formam segregat, qua absente quoque definit res esse, quod fuit. Destruitur autem vel iuste vel violenter. Pius sit, quando in alieno solo furnus est ædificatus, hujus enim Dominus furnum potest destruere, arg. l. 29. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 27. ff. de S. U. P. & ibi Glossa. Nec incidit tali casu in poenam L. Extat. 13. ff. Quod met. caus. & L. sequis in tantam 7. C. unde vi. furnus enim alieno solo in ædificatus cedit solo §. 30. Inß. de R. Di. & A. R. D. l. 7. §. 12. ff. de A. R. D. Carpz. P. 3. C. 31. D. 10. & sic Dominus soli, cui rerum suarum liberum est moderamen & arbitrium l. 21. C. Mandat. ibique Dn. Brunnem. n. 2. suum non alienum furnum destruit, V. Schnidev. ad Inß. Tit. de S. U. P. n. 6. add. Frider. Mindan. de Mandat. l. 2. c. 30. n. 21. Zcel. in Comm. D. Tit. de O. N. N. 95 n. 16. Violenter destruitur ab hostibus vel alia vi Majori, cui resisti nequit, ut in l. 12. §. 2. ff. de Reb. Autb. Jud. poff. l. 52. §. 3. ff. pro soc. l. 25. §. 6. ff. Locati, quo posteriori casu tamen furnus reædificari potest, ne quis invititus re sua carcere teneatur, contra §. fin. Inß. de his qui sui vel alieni Juris & l. 25. §. 1. in fin. ff. solut. Matrim. aut dominia potius pendeant a casu contra pr. Inß. de Usucap. quam constanti & perpetua voluntate reædificantur secund. l. 3. §. 7. ff. de A. & A. P. Perinde vero est, sive in eodem sive in alio loco superiori vel inferiori reædificetur, Jus enim quod quis in fundo habet non ad hanc vel illam ejus particulam restrictum est, sed in infinitum in eo se exercit, ut est textus, in l. 9. pr. ff. de servitutib. modo non cum periculo vicini reædificetur, sic enim is opus novum numerare possit l. 1. §. 11. ff. de O. N. N. Zcel. d. l. n. 3.
- 96 Tantisper vero dum non reædificatur furnus, cessat quoque Jus cogendi ad illius usum homines, ejus enim hoc est accessorium, quod sublatu principali quoque corruit l. 2. ff. de Pecul. Legat. l. 26. pr. C. de Usur. l. 178. ff. de R. I. furno tamen reædificato hoc Jus quoque restituitur l. 14. ff. Quemadmodum servit, amitt. l. 23. & 24. ff. Quib. mod. Usur. amitt.
- 97

amittit, non solum, si in eodem, sed etiam si in alieno loco edificatus fuerit. Si enim castrum in alio loco redificatum subditos & privilegia retinet, V. Gail l. 2. obf. 61. n. 8. quanto potius cum furno restitetur hoc Jus cogendi, cum enim in destruci locum is surrogetur tanquam surrogatum quoque surrogantis sapientiam naturam necessum est. l. 28. §. 1. ff. de Jurejur. Glossa. adl. 10. §. 2. verb. Dandanon ejf. ff. si quis Cautionib. Gail. l. 2. obf. 148. n. 9. Quod si conductor casuum præstationem in se suscepere, secundum l. 9. §. 2. ff. locatil. 6. C. de Pignerat. Ad. tenebitur quoque, si incursum hostium vel alio insolito casu furnus destrutus fuerit. Licet enim casus hic insolitus sit, tamen is sub omnium casuum præstatione quoque comprehenditur L. 78. §. 3. ff. de contrab. Em. cum generalibus semper insint specialia l. 147. ff. de R. J. qua ratione licet alias ob hujusmodi casum conductori remittatur pensio. Carpz. P. 2. C. 37. D. 14. hoc casu tamen idem impetrare nequit, Carpz. d. l. Def. 17.

II. Furnus amittitur **DERELICTIONE**. Res enim tam mobilis quam immobilis GL. in §. 47. verb. definit. J. de R. D. & A. E. D. & Gl. in l. 1. ff. pro derelicto Hartprecht. add d. §. 47. si eo animo deseratur, ut amplius eam in bonis suis aliquis nolit esse, Domino censetur vacua, ut sic ab eius occupatione nemo teneatur manus abstinere, sed eadem naturali ratione cedat occupanti §. 47. J. de R. D. l. 1. ff. pro derelicto. add §. 12. Inst. d. t. 108. Animus vero istu, si de abdicatione manifesto non constet, ex conjecturis probatur Nov. 22. c. 12. quales, puto, sunt, si alter ad alium furnum iverit, & interea alius defertum furnum occupaverit, illo non contradicente; Per occupationem enim hic satis declarata voluntatem censetur de acquirendo furno; cui dum illa non contradixit, consensisse videtur L. 2. C. de Acquir. & redinend. Poff. l. 13. §. 5iv. ff. Locat. & hinc omne Jus suum in furno amississe per l. 26. verb. dum enim C. de Administr. Tuit. l. 11. C. de remiss. pign. 10X Carpz. P. 2. C. 49. D. 6. n. 2. qua ratione utriusque voluntate dominium translatum & acquiritum esse dicetur secund. §. 40. Inst. de R. D. & l. 9. §. 102. 3. ff. de A. R. D. junct. a l. 36. ff. cod. Imo licet furnum non deseruerit, modo sciens alium eundem occupasse, non contradixerit, possessionem ejus amisit. l. 3. §. 8. ff. de A. vel A. P.

II. Amittitur furnus quoque **INTERITUS** §. 5. Inst. de usufr. l. 5. 103. §. 2. ff. Quib. mod. usufr. amitt. l. 10 ff. cod. quo casu tamen potius usus 104 furni intercipitur, quam amittitur. Quaritur vero hic? si quis alio-

rum

ru n usibus furnum teneatur servare, an ab hoc onere rei interitu libera-  
tur? Videtur quod sic, quoniam debitor speciei rei interitu liberatur *L.*  
*23. & 83. §. 5. ff. de V. O.* Verum quoniam hoc jus dupliciter alteri potest  
acquisitum esse, tum quatenus Principaliter personam, tum quoque quate-  
nus Principaliter furnum devincit *arg. l. 196 ff. de R. J. primo quoque casu rei*  
*105 interitu debitor non liberatur.* Furnus enim in contractum deductus vi-  
ce generis fungitur *arg. §. 22. Inß. de Legat. L. 71. pr. ff. de Legat. i. genus*  
vero licet pereat, non tam Creditori sed Debitori interit *l. 11.C. sicut petet-*  
*106 tur, ibique Dn. Brunnem. n. 5. §. 2.* qui damnum interitus etiam ferre & no-  
rum furnum ædificare tenetur. Posteriore casu, quoniam furno inhæret,  
eo fablato hoc Jus quoque tolle necessum, est *pr. Inß. de Uſufr. & per con-*  
*107 sequens hoc casu liberatur, qui illud Jus debet. An vero reædificato fur-*  
no reviviscit hoc Jus servitatem personalem usus esse, quæ non restituitur  
corpo licet restituto cui eadem inhæret *l. 10. §. 7 ff. Quib. mod. Uſufr.*  
*amitt. pr. Inß. de Uſu & Habit.* Attamen affirmativa placet ob dicta super-  
rius. *n. 97.*

*108. An vero eo casu quoque interitu amittitur furnus, quando Uni-  
versitas certa de jure unum habendi furnum investita est?* Videtur  
quod sic, quoniam unius inclusio alterius est exclusio *L. 12. ff. de Jud.*  
*Card. Tusch. Pract. Concl. Tom. 4. Lit. 7. Conclus. 71.* & quod in uno est  
concessum, in altero denegatum videtur *C. 84. de R. J. in 6. l. 21. §. 2. ff.*  
*109 de Tutorib. & Curatorib. datus.* Verum illa concessio commode hanc in-  
terpretationem recipit, ne Universitas eodem tempore diversos furnos ha-  
beat; igitur ita quoque eadem instituenda, ut gravet quam minimum.  
*110 Quemadmodum non reor, aliquem Art. 121. P. H. B. Q. ita contra Rom.*  
*7. & 1. Corinb. 7. v. 39. l. 11. §. 2 ff. de his qui not. infim. & l. 1. C. de secund.*  
*nupt. interpretaturum, ut poena capitalis obtineat, quando post obitum*  
*111 prioris Conjugis superstes aliam ducit.* Utitur enim Universitas adhuc u-  
no saltim furno, quando post prioris interitum novum reædificat, qui pri-  
oris omnes qualitates induit, & cum illo idem esse censetur Horat. Carpan,  
*ad stat. Mediol. C. 417. n. 63.* Denique omnibus iis modis amittitur furnus,  
q. uibus Dominium vel inter vivos vel in ultimis voluntatibus in alios trans-  
ferimus, quos hic omnes excutere, instituti non patitur ratio.

*112. Jus furni quod concernit, amittitur illud (1) NON Uſu, sive in-*  
modum servitutis sive per speciale Privilegium competat *§. 3. Inß. de*  
*Uſufr. junct. pr. Inß. de Uſu & Habit. l. 1. ff. de Nundin. C. 13. X. de Prescripta.*  
Gails.

DE MODIS EXERCENDI & AMITTENDI JUS FURNI. 51

Gail. l. 2. obs. 60. n. 1. Carpzov. P. 2. C. 3. D. 23. Interest tamen Jure 113  
Comm. respectu temporum, quippe priori casu decem inter praesentés,  
viginti vero inter absentes annis amittitur l. 16. §. 1. C. de Usufr. posteriori  
vero casu decem annis tantum d. l. 1. ff. de Nundin. Jure Saxon. utroq. e  
casu 30. annis anno & die, Carpz. d. Def. 23. Procedunt vero istha c. 114  
si alter uti potuerit, sed noluerit; alias enim si utendi occasio defuerit,  
nec per mille annos non utendo amittit, l. 34. §. 1. ff. de S. P. R. & l. 35.  
ff. eod. non enim valenti agere non currit Praescriptio l. 1. §. 2. C. de  
Annal. Except. nec ibi pecuniam esse debere, ubi non est culpa Gail. de obs. 60.  
n. 1. f. qq. Carpz. d. Def. 23. n. 5. f. qq. Non idem vero est, si immunitatem 115  
a mercede subditi velint praescribere; hoc casu enim liberant se ab actione,  
cui omni hodie non praescribitur, nisi 30. annis l. 3. C. de Praescript. 30.  
vel 40. ann. qui ab eo tempore incipiunt currere, quo subditi iniciati sunt  
mercedem, & sic domino causam possessionis mutarunt l. 7. §. fin. C. d. 1.  
Wesemb. Tot. Tit. si Ager vetig. al. n. 2. Verb. sciendum est.

II. Si quis ABUTATUR hoc Jure, v. g. si non solum cogat homines ad coquendum, sed etiam iniquius premium exigat, aut ut ipsi suis sumtibus furnum teneantur reficere vel inusitatibus operas furni a sub- 117  
ditis exigat, idem quoque amittit. C. 63. C. 11. Q. 3. si tamen pluribus idem  
jus competit, unius abusus reliquis non praedjudicat, V. Dn. Brunn. Confil.  
142. n. 91. & 100. factum enim cuique suum non alii nocere debet l. 155. ff.  
de R. J. Gail. de Pignorat. obs. 6. n. 4.

III. REMISSIONE quoque hoc jus amittitur. Est enim ea instar.  
donationes l. 23. ff. de Donationib. l. 1. ff. de Transact. Wesemb. &c. ff. de Pact.  
n. 8. verb. Remittere. Carpz. l. 5. Respons. 64. n. 13. & P. 4. C. 19. D. 20. n. 6. 119  
Dn. Brunnem. Conf. 133. n. 64. Igitur quemadmodum in hac, sic quoque  
in illa requiritur libera rerum administratio; ut hinc præter alios neque  
usufructuarius, neque Maritus, neque Vidua, neque Vasallus fundo u-  
sufructuario dotali, dotalito aut feudo adhærens hoc jus possint remit-  
tere; hi enim omnes licet meliorem fundi conditionem, deteriorem  
tamen remissione Juris non possunt facere l. 74. ff. de R. & l. 13. §. 5. ff. de  
Usufr.

Deinde quoque certiorari debet hoc Jus remissurus; nemo 120  
enim Juri ignoto renunciare præsumitur l. 19. verb. repudiare legiūm. ff.  
de in offic. testam. hinc in qualibet renuntiatione certioratio requiritur,  
Gail. l. 2. obs. 77. n. 3. Certioratio tamen eo casu necessaria non erit,  
quando renuntiatio ita describitur, ut ab omnib. sciri possit. Dn. Brunn.  
Conf.

**121** *Conf. 86. n. 33.* Porro expressa quoque debet esse remissio; hinc licet Dominio sciente subditi ad alium furnum iverint, Jure tamen suo in dubio renunciatione non presumitur *Cap. 5. X. de Renunciat.* Renunciations Juris enim liquide probandæ sunt, nec presumuntur, Menoch. *l.3. Presumt. 45. n. 12. & Lib. 6. Presumt. 41. n. 1.* si tamen longo tempore Dominos subditos suos ad furnum non revocaverit, illa cessatio diuturna argumentum justum est renunciationis *l. 7. C. de censib. l. 6. C. de Remission. Pign.*

**122** Pariter socius sua renunciatione socio præjudicare nequit tum quod alterius Jus sit irrenunciable, *l. 3. pr. ff. de Transf. l. 27. §. 4. verf.* *Ante omnia ff. de patr. Mynsing. cent. 5. obs. 63. n. 10.* tum quod renunciatione renunciantis Personam non egrediatur, perinde ut nec jusjurandum *l. 3. §. pen. ff. de Jurejur. l. 1. pr. ff. si mulier ventris non Carpz. P. 2. C. 35. D. u. n. 3.*

**123** *IV.* Amittitur quoque **TEMPORE**; si enim ad certum tempus concessum hoc Jus fuerit, tempore illo elapsò finitur *l. 21. ff. de vulg. & pup. subst. arg. §. 5. Inf. Quib. Mod. Tuel. finitur.* Igitur si ad dies vite idem quis impetraverit; morte illud finitur *Nov. 22. c. 20.* nec

**124** quicquam ad heredes transit. Sed in se hoc Jus an morte expiret,

**125** videndum est. Et negativam quidem merito amplector. Si enim ad certum præmium hoc Jus sit comparatum, reale est, & sic ad heredes dubio procul transit. *l. 196. ff. de R. J.* Quod si vero Personæ cohæreat, personale quidem Jus eis, non tamen servitus, ut Jus venandi, Aucupandi, lignandi & pascendi, & sic pari modo quoque ad heredes transit, nec morte finitur. Vidi Gail. lib. 2. obs. 66. n. 1. sq. In dubio enim quilibet hoc Jus acquirens etiam de heredibus suis cogitasse & iis prospexisse presumitur *l. 9. ff. de Probat. l. 10. C. Locar.* Menoch. *l. 3. Presumt. 47. n. 1. sqq.*

**126** Nec obstat, quod supra ex Cœpolla hoc Jus servitudinem personalem dixerimus, quæ morte finitur utique *§. 3. Inf. de Iffusr.* nam illud primo alio casu intelligendum est, qui huc non pertinet.

**127** Deinde potest quidem ratione effectus cum servitute tali convenire, licet quoad modos finiendi ab ea plane differat, quemadmodum moribus hodie multa hujusmodi Jura ad similitudinem servitutum intro-

**128** ducta sunt, licet cum ipsis in omnibus non convenient. Transit igitur ad heredes; ubi circa eorum idoneitatem habenda rei ratio, cui inhæret, si enim cum castro in feudum datum, farninæ ab eo excluduntur, *F. 36.* quod si vero allodiali prædio cohæreat, nulla sexus habebitur ratio;

*Nov.*

DE MODIS EXERCENDI & AMITTENDI JUS FURNI. 61

Nov. 118. c. 1. Etsi autem heredes alias defuncti factum teneantur praestare. 130  
L. 14. C. de R. V. Berlich. P. 3. C. 41. n. 35. Vers. Ratio autem ut hinc, quando defunctus furnum alienavit hoc factum quoque heredes obligare videatur; hoc tamen casu aliter obtinet; quando enim cusi tempore resolvitur Jus dantis, accipientis quoque Jus petit & resolvitur. l. 31. ff.  
de Pignor. c. 6. X. de Donat. inter. Vir & Uxor. Ne plus Juris ita quis in 131  
alium tranferat, quam ipse habet contra l. 2. C. de Pan. & C. 79. de R. J. in 6.  
Et imputare sibi quisque debet, quod cum eo contraxerit, qui Jus tempora-  
rale saltim habuit.

V. Amitti quoque potest hoc Jus DELICTO, quod bona & civita- 132  
tis Jura adimit; quemadmodum id olim deportatis contingebat §. 1.  
Inß. Quib. Mod. Jus Patr. Potest solv. §. 2. Inß. de cap. Dim. nat. l. 1. ff. §. 1.  
ff. de Interdict. & Releg. Hodie vero cum infamia in perpetuum rele- 133  
gatis, Welenb. & ff. Tit. de Interdict. & relegat. n. 4. circa fin. vel ut ali-  
quid rectius volunt, bannitis, Schneidv. add. S. 1. Inß. Quib. mod. Jus Patr.  
Potest solv. n. sq. Schultz. Synops. Inß. eod. tit. Lit. A. Carpz. pr. C. Q. 140. n. 26.  
Infames, enim ita redditii non amplius tolerantur in lionello collegio 134  
Carpz. P. 4. C. 45. D. 10. n. 1. sq. Circa relegatos vero observandum, li. 135  
cet eos sequatur infamia si ex turpi causa condemnentur. l. 28. §. 1. ff. de  
Pan. non enim poena, sed causa poenae infamati l. Ithus fustium, 22. ff. de his  
qui not. infam. bona tamen ipsos non amittere nec Civitatem d. l. 14. §. 1.  
ff. de interd. & Releg. Carpz. P. 4. C. 47. D. 9. nisi expresse aliqua ademta  
sint. Maxime hodie, ubi Publicatio bonorum nisi in criminis lese Ma-  
jestatis rarissime obtinet Auth. Bona damnatorum C. de Bonis Proscri-  
pitorum ibique Dn. Brunnenm. Hahn. ad Tit. de Interdict. & Relegat. n. 4.  
Ei sic impeduntur saltem in administratione, quam Alii interea com-  
mittunt, ne damni quicquam attrahant l. 20. ff. de Minorib. l. 26. §. 1.  
ff. Ex quibus caus. major. Per indirectum tamen potest relegatus hoc 136  
Jus amittere, non utendo per tempus absentiae; quo casu nec in inte-  
grum restituunt l. 26. §. 1. ff. Ex quib. caus. may. nisi vel per Procuratorem  
Magistratum adire non posuerit, vel Procurator eius etiam fuit mortuus l. 40. §. 1. ff. d. 1. & d. l. 40. de Minorib. Atque haec de modis amittendi sufficiant; alia licet potuissent addi, si quis tamen & scopum no-  
strum cogitet, & sub manu crescentem Dissertationem pauca haec aequi-  
bonique confutet; majora exacturus ab eo cuius frequentiori uisu sub-  
actum est ingenium & id propositum animi, toti Volumini conscribendo  
esse impendere.

## CAPUT V.

D C

## Effectibus Juris Furnorum.

## S U M M A R I A.

- E**ffectus Juris furnorum dividuntur. n. 1.  
 Primus Effectus est reciproca inter Dominum & subditos obligatio. n. 2. seq.  
*Dominus tenetur ad ea, sine quibus furnus excreceri nequit. n. 4.*  
*Ut sunt ligna; ubi queritur: An in consequentiam Juris furnorum quoq[ue] veniat Ius lignandi? n. 5. seq.*  
*Dominus tenetur ad operas. n. 9.*  
*An & quando eis Subditi pro domino prestare cogantur? n. 10.*  
*Dominus tenetur ad furni refectio-*  
*nem. n. 11.*  
*An & quando ad refectionem furni Domini subditorum operas possint exigere? n. 12. seq.*  
*Dominus tenetur ad Instrumenta furni. n. 14.*  
*Obligatio subditorum in quo consistat? n. 15. seqq.*  
*Quando furnum babet Universitas, & singulis praestandum est aliquod furnagium. n. 18.*  
*In quo consistat Merces pro Iusu furni præstari solita? n. 19.*  
 Secundus effectus consistit in excusatione a Tuitela. n. 20.
- Tertius effectus consistit in libera summi emissione. n. 21. seqq.  
 Quartus effectus consistit in damnum per furnum dati reparatione. n. 24.  
*Furnarius pena corporali potest affici, si ejus culpa incendium ortum fuerit. n. 25.*  
*Declaratur. n. 26.*  
*Subjicitur Juris Saxon. dispositio. n. 27.*  
*Quid si incendium ejus culpa contingat, per quem furnus exercetur. n. 28. seqq.*  
*Quando Dominus non teneatur de factis famili? n. 31.*  
*Quando cautio de damno infecto pretatur? n. 32. seqq.*  
*An Conductor furni quoque teneatur de incendio? n. 36. seqq.*  
*Quid si Panis ob imperium vel infirmitatem Pistoris damnum aliquid attraxerit. n. 40.*  
*Quintus effectus consistit in impositione Census. n. 41.*  
*Quo genera Collectarum hodie frequentur? n. 42.*  
*Quid describendum hoc casu in catastrophi? n. 43.*

Ad quid

|  |   |
|--|---|
| <i>Ad quid conduceat Professio personarum in certo furno coquentium?</i>                 | <i>Emotionem. n. 53. seq.</i>   |
| <i>n. 44.</i>  | <i>Quando Pistori incident in Panam Dardaniorum? n. 55. seq.</i>        |
| <i>Sextus effectus, quod in furno bannarios subdit reliquis preferantur? n. 45. seq.</i> | <i>Pistori in Molendinis nullo Jure Prælationis gaudent? n. 58. sq.</i> |
| <i>Limitatio subicitur. n. 52.</i>   | <i>Remedia que pro Jure furnorum competunt. n. 60.</i>                  |
| <i>An &amp; quibus in locis Pistori reliqui preferantur quoad frumenti</i>               | <i>Conclusio. n. 61.</i>  |

**S**uperest, ut effectus Juris furnorum adjiciamus, quorum aliqui concernunt Personas idem exercentes, aliqui furnum ipsum. inter illos (1) est RECIPROCA OBLIGATIO, qua Dominus tenetur ad furni usum præstandum, adeo, ut si paratum furnum non habeat, homines non possit prohibere, ne eant ad alios Bertram, *Conf. 39. n. 4. T. 6.* Similiter ut in molendinis observatur, ut Dominus granorum eadem possit recipere, nisi dominus molendini intra 24 horas eadem jubeat contundi. Tholosan, *Syn. Jur. Univ. l. 18 c. 22 n. 8.* Camill. Borell. *de Magistrat. Edit. l. 4 c. 7. n. 50.* Johann. Papon. *Arrest. l. 13. T. 8. Arrest. t.* Ex quo sequitur, Dominum furni quoque teneri ad ea sine quib. usus furni inanis era: futuri arg. l. 2. ff. de *Jurisd.* ibique Clossa. verb. non potuit, cum enim comoda ex furni percipiat, secundum Naturam est, ut incomoda quoque circa eund. misentiat l. 10 ff. de *R. J.*

Tenetur igitur (1) ad ligna zu nothigem Brennen oder Feuerz Holz/ ubi hoc dubium est, si de Jure furni quis investitus sit, an in consequentiam ius quoque ius lignandi, veniat? Et licet pro affirmativa militet (1) quod concessio uno concedantur omnia ad unum illud necessaria, Marsil. *singul. 75.* (2) quod omnis concessio in Præjudicium concedens interpretanda sit latissime l. 3 ff. de *Conf. Princip. Baro Enenkel de Privil. l. 2. c. 4. n. 4. seqq.* V. Dn. Brunnem. *Conf. 6. n. 42. seqq.* Negativam tamen veriorē esse existimo (1) quoniam ius lignandi inter Pertinentias remotas refertur, que non semper veniunt, licet investitura expressa cum Pertinentiis sit facta Andr. Kneken de *Vestit. Pall. l. 7. n. 7. T. 39.* quanta minus igitur, si de eo mentio non fuerit expressa, (2) quoniam Investitura stricte est interpretanda, & verba in ea, prout jacent, intelligenda, arg. 2. F. 18. Rosenthal, *de Feud. c. 6. Concl. 28. n. 1. sq.* (3) Accedit, quod multis in locis hodie:

hodie Jus lignandi ad Regalia pertineat, ut Seckendorf. im Deutschen  
Fürsten-Stadt. P. 3. Regal. 6. n. 1. quæ per quæcunque verba generalia  
non concessæ esse intelliguntur, Zasius P. 5. n. 11. Rosenthal. c. 5. Concl. 14.

7. gloss. lit. A. Ad contraria respondeo (1) quod inter Jus furni & lignandi  
non sit necessaria aliqua connexio, quia unum sine alio esse & concedi po-  
tent; alias enim in eo loco concessio Juri furni esset inutilis, ubi Sylva in  
concedendis potestate non sunt. Ut taceam plus esse in Jure lignandi,  
quam in Jure furni, quo casu antedicta Regula locum non habet. Hartm.  
Pistor. t. Q. 15. n. 58. (2) d. l. 3. intelligendam saltim esse de Privilegiis, a-  
deoque ad Investituras extendi non posse. Interim cum Investitura in-  
terpretationem recipiat ex observantia & usu, Gail. l. 2. obs. 148. n. 3. yiden-  
dum est, quale Jus Antecessori competit, idem enim in Successore cen-  
setur esse repetitum. Nec repugnat etiam investituræ, eam pro Vasallo  
contra Dominum explicari, Rosenthal. d. c. 6. Concl. 28. n. 2. sq. add. Dn.  
Brunnenm. conf. 103. n. 25. si Necesitas & usus eius id exigant.

9. (2.) Ad Operas, quibus furnus ad coquendum habilis paratur.  
10. Has per subditos præstare solent, ad quas tamen illi non tenentur, nisi eas-  
dem vel promiserint, vel sint quoque ad inde terminatas operas obstricti.  
Operæ enim ut plurimum originem suam ex pactis habent, igitur quantum  
in iis promissum sit, primo inspici oportet, Carpov. l. t. Resp. 54. n. 11. In-  
determinatae vero licet toties præstandæ sint, quoties a Domino exiguntur,  
Gail. l. 2. Obs. 6. n. 12. hic tamen non omne arbitrio domini, sed potius u-  
sui & observantiae relinquendum est. Carpz. d. l. t. Resp. 54. n. 13. hinc si de  
consuetudine antea nunquam tales operas præstiterint, nec imposterum ad  
eas cogi posse, certum est. V. Carpov. d. Resp. 54. n. 26. sq. quod si tamen  
aliis pro certa mercede operas tales locent, honestum est, ut pro eodem  
pretio potius Domino, quam aliis inserviant, certis tamen requisitis obser-  
vatis, quæ recenter Carpz. P. 2. C. 51. D. 9. n. 8. add. Id. d. l. t. Resp. 57.

11. (3) Ad Refectionem furni, daß er den Ofen im steten Bau er-  
halte. Refection enim est dependens domini, Hering. de Molendin. Q.  
48. n. 1. & hinc ad eum pertinet, qui dominus furni est. Adeo, ut eo  
nomine nec Collectas possit imponere subditis, cum casus noceat Do-  
mino non alii l. 6. C. de Pign. Alt. l. 23. in fin. ff. de R. J. & is pro usu  
furni certam mercedem accipiat, ut in uno gravati non possint gravari  
12. in alio l. 30. ff. de Jurejur. l. 6. ff. de Jure der. Iterum vero hie queritur,  
an ad

an ad eam Subditorum operæ possint exigi? Et hic quidem ante omnia rursus pacta & confuetudo inspicienda sunt, que apertissimam Autoritatem in rebus dubiis decidendis præstant, Carpzov. d. Resp. 54. n. 9. his deficientibus, Rustici ad harum operarum præstations cogi nequeunt, adeo, ut licet teneantur ad operas in ædificando necessarias (Bau führen &c.) non tamen obstricti sint ad eas, si furnus readificetur, vel novus etiam extruatur; illæ opera enim ad solam habitationem restringuntur, nec ad alias extendi possunt, cum sint odiosa C. Odia. de R. J. in 6. Carpzov. P. 2. C. 52. D. 3. Quod si furnus tamen non separato loco, sed intra domum adificetur, iudicem operas in extractione furni præstabunt, qui habitationi erigenda inserviunt, cum accessoriū sequatur Principale l. 19. §. 13. ff. de Aur. & Arg. legat. l. 23. §. 3. ff. de R. V. C. 42. de R. J. in 6. Ex dictis patet, quid de lignis advehendis & Cineribus avehendis tenendum sit.

(4.) Dominus quoque instrumenta præstat, quibus tum furnus<sup>1</sup> ad usum paratur, tum quoque purgatur ab immundicie, quæ in vul-  
gus notiora sunt, quam ut hic referri mereantur.

Vicissim Subditi ad furnum Domini tale Jus quæsitum est, ve-<sup>1</sup> nire quoque tenentur, nec eum possunt eludere; adeo ut inobedientes carcere, Pignorationibus & alijs penis, V. Gail. de Arrest. c. 10. n. 1. Carpz. P. 2. C. 51. Def. 16. compelli possint. Pariter tenentur quoque ad<sup>1</sup> mercedem pro usu furni, quæ furnagium appellatur apud Petr. Jacob Praet. p. m. 91. n. 13. ubi interest, amercies promissa fuerit, an non. Illo casu actio etiam ex nudo pacto competit, quam Condictiōnem ex Canone vocant. V. Wefenbec. w. Tit. de Paet. n. 9. vers. At quisi-  
endum est, ibique Hahn. verb. Jure Pontificio. Posteriore vero, cum<sup>1</sup> 7 nulla ad sit obligatio, qua est Mater Actionis l. 42. §. 2. ff. de Procurat. Vultej. Comm. ad Inst. Tit. de R. D. n. 1. deficit quoque Actio. Ex A-  
equitate tamen, quoniam furno domini subditi utuntur, qui enim suis sumtibus habilem ad coquendū præstare tenetur, dabitur Condictio ex L. 56. & me & Titum ff. de Rob. Credit. quæ toties locum habet,  
quoties alter commodum ex re mea sentit, licet mecum non contraxe-  
rit Haerfeld. P. 3. Art. 3. Quod si vero iniquiori mercede eos grava-  
verit Dominus, ejus saevitia inhibitione penali occurritur. V. Carpz.  
l. t. Resp. 53. n. 10. sqq. Imo Jure hoc plane privari potest, quo de supra<sup>1</sup> 8 actum. Illud hoc loco adhuc annotandum est, si Universitas aliqua furnum habeat, a singulis aliquod furnagium posse exigi, adeo, ut

- qui præsunt isti Universitati, nec ab eo sint immunes. V. Hering. *de Molendin. Q. 7. n. 24.* Merces autem ista potest vel in certa parte Panis confistere, V. Surdus *Consil. 128. n. 260.* vel etiam in pecunia certa; quemadmodum pro usu molendini quoque vel pecunia vel macina certa præstatur, Hering. *d. Tr. Q. 3. n. 18.* Et competit pro ea quoque Jus retentionis. V. Gail. *L. 2. Obseru. 12. n. 5.* Carpz. *R. 2. c. 3. n. 1.*
- (2.) Insignis quoque Effectus hujus juris recensetur in *L. fin. ff. de Excusat. Tut.* quod Pistoræ a Tutela sese excusare possint, adeo ut nec Collegarum filiis Tutores esse cogantur; modo [1] sint intra numerum [2] Jus hoc per se exerceant *d. l. fin. §. 1.* Qua ratione melioris sunt conditionis, ac aliorum Collegiorum membra, quibus a tutela Collegarum non concessa est immunitas *l. 41. §. 3 ff. d. 1. & ipsi militibus;* qui non excusantur a Tutela, quando dati sunt a Commilitonibus *l. 23. §. 1. & l. 8. ff. cod.* Verum de Praxi hujus legis dubito, cum exempla in contrarium passim occurrant, nisi dixeris; exempla talia voluntatis esse, non necessitatis.
- (3.) Ad Effectus, qui furnum ipsum concernunt, pertinet (3) quod idem exercens, furnum libere possit emittere, adeo, ut licet in alienas ædes adscendat, non tamen prohiberi is possit. In termin. V. Cœpolla *d. S. II. P. C. 53. n. 1. in fin. & Tholosan. Synt. Jur. Univ. lib. 4. c. 13. n. 6.* Sed contra prohibentem dabitur Interdictum Utile, uti possidetis *l. 8. §. 5. vers. sed. & interdict. ff. si Servit. vindic. l. 14. ff. de Injur.*
- (4.) Tholosan. *d. l. n. 5.* Nec dubium de eo est, si servitus sit constituta *d. l. 8. §. 5. ff. si servit. vind.* absque ea tamen, quin jure suo sumum quis possit imittere, dubitare non sinit *d. l. 8. §. 6.* igne enim hic opifex ad exercendum suum opificium opus habet, qui vix unquam sine fumo est, fumi vero Natura, sursum tendere, Tholosan *d. l. n. 4.* Accedit, quod in suo quisque facere possit, quod velit *l. 24. §. 12. ff. de dann. infect.* *l. 1. §. 11. ff. de Aqu. pluv.* Modo tamen (1) non fecerit animo injuriandi, sic enim actione injuriarum teneretur *l. pen. ff. de injur. Gloss. ad d. l. 8. §. 5. si servit. vind. Cœpoll. d. l. qui tamen non præsumitur, sed probandus est arg. d. l. 24. §. 12. ff. de dann. infect.* (2) fecerit ignem solitum; ignem insolitum enim v. c. res fortidas comburendo parans prohiberi utique potest, de quo intelligenda *d. l. 8. §. 5. ff. si servit. vindic.* Tholosan. *d. l. n. 6.* Cœpolla *d. l. Dn. Præses Tractat. de Jure Sens. Diff. 5. c. 3. n. 8. ff. qqq.*

(4) Fur-

(4.) Furnarius quoque tenetur ad damnum a fungo datum.<sup>24</sup>  
 Ubi distinguitur, an damnum revera datum fuerit, an saltum immineat.  
*I. 27. §. 10. ff. ad L. Aquil.* Priori casu adversus furnarium datur Actio  
 ex L. Aquilia, ut praestet damna & interesse *d. I. 27. §. 10. l. 24. §. 7. ff. de damn. infect.* Cœpolla de S. II. P. c. 50. n. 1. Tholosan. *Syntagm. Juris Univ.* *L. 4. c. 7. n. 15.* Imo præterea si culpa lata vel levis causam incen-<sup>25</sup>  
 dio præbuerit, pro ratione quoque damni poena corporali vel pecunia-  
 ria potest affici, uti de eo testatur Schneidev. *ad Inst. Tit. de Lege Aquil.*  
*§. 13. n. 5. Vers. secundo casu.* Berlich. *P. 4. Conclus. 25. n. 1. sqq.* Carpz. Pr.  
*Gr. Q. 39. n. 27. sqq.* Et P. Christianæus *ad Confutud. Mecklinens. Art. 6.*  
*n. 2.* dicit furnarios admonitos criminaliter puniri posse, non tamen in  
 corpore, sed in mulcta certa, & quidem si adfuerit culpa levis in com-  
 mittendo; quæ tamen omnia apud nos æque non observantur. V.  
 Schneidev. *d. I.* Berlich. *n. 23.* Notandum vero poenam corporalem<sup>26</sup>  
 ultra fustigationem a Judge non debere extendi, quam vis & huic demum  
 locus sit, si incendium ex culpa latissima & magnum quidem exortum  
 fuerit, Carpz. *P. 4. C. 17. D. 17. n. 7. sqq.* Mynsing. *Cent. 6. Obs. 88. n. 9.* Nec<sup>27</sup>  
 ab hac poena videtur recedere Jus Saxon. Glossa enim ad Weichbild  
*Art. 122.* dicit: Und das soll man bey Leib und Gut stets halten. Post-  
 quam scilicet Jus Saxon. Weichbild *d. I.* statuisset daß ein jeglich Mann  
 solle beschirmen seinen Ofen und Feuer. Mauer/ daß die Hunden nicht  
 fahren in eines andern Mannes Hoff. Perinde vero est, sive incen-<sup>28</sup>  
 dium contingat culpa Furnarii, sive ejus per quem furnum exercet;  
 utroque enim casu tenetur Dominus. Licet enim ex alterius delicto<sup>29</sup>  
 nemo obligetur *§. 3. Inst. de inutilib. Stipulat.* *l. non debet ff. de R. J. c. 22.*  
*eod. in 6.* maxime hodie, ubi famuli nostri sunt liberi homines, qui ex suo  
 delicto ipsi possunt conveniri, attamen quoniam hic peccant circa offici-  
 um sibi commissum, ex eorum delicto quoque obligatur Dominus,  
*Gail. I. 2. Obs. 71. n. 6. & de Pignor. Observ. 5. n. 4.* Carpzov. *P. 4. C. 17. D.*  
*13. n. 3. sqq.* ubi pro hac materia elegans subjecit Prajudicium. Non<sup>30</sup>  
 solum, quoniam hi domino acquirunt, ut hinc damnum ibi esse debeat,  
 ubi est eroulumentum *l. 10. ff. de R. J.* Sed etiam quoniam in culpa est,  
 quod meliorem curam familiarium non habeat. *l. 1. §. 4. ff. de his,*  
*qui effud.* Ob quam rationem etiam furnarius non tantum eatenus,<sup>31</sup>  
 quatenus famulorum merces se extendit, sed in solidum tenetur, Carpz.  
*d. I. n. 6. sqq.* Dominis vero plane non tenetur, quando a famulo  
 recte ignis subjectus, textus, extinctus vel sopitus, ab alio rursus refusci-  
 tatus

3 2 tatus, damnum dederit. Carpz. d. l. Def. 14. n. 2. Posteriori vero casu quando damnum metuitur vel vitio furni vel furnarii omittentis diligenter tractare ignem, petitur cautio de damno infecto d. l. 27. §. 10. ff. ad L. Aquil. & l. 24. §. 7. ff. de damn. infect. quoniam hoc vitium cadit in actionem L. Aquiliae in factum utilem, quae istam cautionem non excludit. Cœpolla supr. c. l. n. 1. Petitur autem ista cautio implorato Judicis officio, non actione aliqua personali. Hahn. ad Wesenb. tit. de damn. infect. n. 2. verb suo quid.  
 3 3 nomine in fin. Idem, si metuatur damnum vitio furni & furnarii simul.  
 3 4 Cœpolla d. l. vers. Tertio casu. Quod si vero ex facto furnarii forte ignem immodicum subiectum damnum metuatur, cautio non erit necessaria, quoniam hoc casu actio ex Capite tertio Legis Aquiliae competit, quæ hanc  
 3 5 Cautionem excludit. Cœpolla d. l. vers. si ex facto. Verum cum Cœpolla hoc loco non facio; cum ea intelligenda sint de eo casu, si damnum jam datum fuerit, itaque non trahenda ad illum, quo adhuc idem metuitur.

3 6 Quod si aliquis cum domo furnum conduxit, tenetur actione locati ad damnum incendio datum resarcendum d. l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil. Licet enim incendium inter casus fortuitos numeretur l. 5. §. 4. ff. Commod. l. 25. ff. de R. J. Gail, L. 2. Obs. 21. n. 3. & Obs. 23. n. 4. Carpzov. L. 6. Resp. 107. n. 13. quos nemo tenetur præstare l. 6. C. de Pignorat. Act. d. l. 23. ff. de R. J. ortum tamen hic signis habet in inhabitatione furnarii, quo casu ejus culpa 3 7 præsumitur incendium esse factum L. j. §. 1. ff. de Offic. Prefect. Vigil. Ergo hoc casu quoque Conductor tenebitur, Gail. d. Obs. 21. n. 2. sgg. Berlich. P. 4. C. 25. n. 27. non solum locatori ex actione locati, & viciniis ex L. Aquilia ad damnum, sed etiam ad poenam corporalem. Mynsing. Cent. 6. Obs. 3 8 88. n. 9. Modo incendium ex lata vel levi culpa ortum fuerit, ad levissimam enim non tenetur, Mynsing. d. l. n. 11. Berlich. d. l. n. 46. sgg. nisi ea in committing commissa, quo casu actione legis Aquilia recte conveniri 3 9 potest. Berlich. d. l. n. 50. sgg. Iterum vero hic factum famuli nocet Domino, sive ipse ignem subjecerit sive alius negligentius custodierit v. c. apud furnum obdormiendo & sive culpa veretur in committingo sive in omitendo, per elegantem text. in d. l. 27. §. 9. ff. ad L. Aquil.  
 40 Ad hunc locum quoque pertinet, quando igne ob imperitiam non recte præparato, aut massa ob infirmitatem non recte subacta panis damnum aliquod contrahit, imperitia enim & infirmitas culpæ adnumeratur §. 7. & 8. Inst. de Lege Aquil. l. 132. ff. de R. J. debet enim ejus Artis peritus esse, quam profitetur l. 9. §. Celsus ff. Locati nec affectare

affectare, in quo scit vel scire debebat, imbecillitatem suam aliis fore periculosa l. 8. ff. ad L. Aquil.

(5.) Ad effectus hujus Juris quoque pertinet, quod furno certus 43 census imponatur, qui augetur aut minuitur pro Quantitate eorum, quæ in eo coquuntur, Petr. Gregor. Tholosan. Lib. 3. de Rep. c. 2. n. 14. Joh. Althus. cap. 12. Polit. n. 19. Herman. Latherus de Censu lib. 1. c. 5. n. 2. Triplex enim genus Collectæ hodie frequentatur (1.) per Ass & libram nach den Husen und Berümggen (2.) per fumantes, nach den Feuer-Städten/ quod in Belgio vocant Camin-Geld (aliis etiam Herdtrecht-Zins ap. Wehner. Obser. Pract. p. m. 286. in fin.) (3.) per Capitationem, Kopf- geld / V. Mund. de Munerib. in Praelat. n. 32. sq. ad cuius secundum hic census pertinet. Ad censum vero legitime imponendum cum requiratur 43 bonorum professio l. 4. ff. de Censib. hoc casu non solux personarum numerus, qui in furno coquunt, sed etiam quot vicibus coquunt, in catastro describendum erit, ut ita fructuum proportione habita census rite impo- natur. Et hujus Professionis quoque hic effectus erit, ne subditi Jus do- 44 minorum in suo passim ædificando furnum possint eludere.

(6.) Ad effectum hujus Juris quoque referri potest, quod subditi, 45 qui coguntur in furno Domini Panem coquere, aliis sint preferendi, qui- bus pro certo furnagio dominus ejusdem furni usum locat. Etsi enim in 46 molendinis bannariis prior sit Jure, qui prior est tempore, wer vor kommt/ der mählet vor. Hering. de Molendin. Q. 44. n. 19. sqq. idque ad furnos quoque applicari possit, quemadmodum de iis dicta ad hoc communiter solent applicari: attamen prædictam Regulam de eo saltem casu intelligo, quando par omnium causa est, V. Card. Tusch. Pract. Concl. Tom. 6. Lit. P. Conclus. 405. n. 39. igitur ad casum nostrum, ubi causa plane est diversa, non potest extendi. Sive enim subditi in furno Domini hoc Jus sibi acquisive- 47 rent, non debet in eorum odium verti, quod in favorem ipsorum introduc- etum est l. 25. ff. de LL. l. 6. C. eod. c. 6. de R. J. in 6. nec Jus quæsitum ipsis auferri. S. fin. Inst. de his, qui sūt vel alien. Jur. sunt, l. 6. ff. de Patt. Sive Do- 48 minus in subditos quæsiverit sibi Jus cogendi, in hoc gravati debent rele- vari in alio l. ult. C. Quemadm. civil. mun. indic. Philipp. Decius in l. 14. n. 5. ff. de R. J. Et quæ invidia esset, cogere subditos, nec tamen usibus ipso- 49 sum paratum præstare furnum, sed spe qualiscunque lucri efficere, I 3 ut bis

§ 0 ut bis cogantur esse miseri. Et hoc ita in molendinis bannariis obtinet, quemadmodum cautum reperitur, in *Ordinat. Molendin. Gothan. vers. alle Mahl-Gäste/ verb. die Zwangs-Gäste vor alien andern &c. billich vorgezogen werden/ quam exhibet Fritschius Tr. de Jure Fluviat.*  
 5. P. 3 p. 53. / qq. Neque est hoc in nostro casu contra Juris rationem, cum dominus certe de lucro captando, subdit vero de damno vitando, quorum melior hoc casu utique esse debet conditio. l. 26. ff. de damn. infect. l. 11.  
 § 2 §. pen. ff. de Minorib. l. 41. §. 1. de R. J. Non sunt autem hæc ad excludendum Dominum extendenda, ipse enim suas necessitates non censetur exclusisse, sed salvum Jus sibi reservasse, cum ordinata charitas incipiat a seipso arg. l. 6. C. de servit. & ag. modo non alias res præter Panem coquat; si enim dominus in furno velit linum aut poma siccare, ille usus minus principalis principali merito postponeretur. arg. l. 26. ff. de Aur. & Arg. leg. l. 7. §. 1. ff. de injur.

§ 3 Quæ ad frumenti emtionem & Jus molendini pertinent, in iis præ reliquis singulare nihil invenio. Quod enim in Recess. Provincial. March. A. 1653. in *Confirm.* §. 10. vers. Wenn aber das Getreide in die Städte gebracht wird/ so haben die Bürger/ so lange die Fahne steckt/ des Morgens biss 9. oder 10. Uhr des Verkaufens zu genießen/ wenn solche Zeit vorbei/ hat ein jeder frey zu kaufen/ cautum reperitur, illud non ad Pistorum saltim, sed ad omnes cives pertinet, per verba d. 54 Recess. so haben die Bürger. In certis tamen Thuringia locis fertur ita observari, ut nemini frumentum in foro emere licet, nisi post horam certam, quando prius Pistorum necessaria compararunt, quo de testatur Dn. 55 Vildthuet. *Diff. de Prelio Rer. cap. 4 n. 14.* Coeterum uti laudabilis est Pistorum industria, quando de necessariis apparatu sibi proficiunt; ita vice versa sapit monopolium, quando excurrunt in pagos vel etiam portis urbium adstant, nec patiuntur suis mercationibus, ut ad aliorum usus quicquam perveniat. Supprimunt enim hi frumentum, & hinc merito in censum Dardanariorum referunt V. l. 6. ff. de Extraord. Criminib. de quorum pena in Reform. Polit. de Ao. 1548. Tit. die Monopolia und schädliche Vorbedruffe belangend/ & Ord. Polit. de Ao. 1577. Tit. 18. §. Hierauf 56 haben wir. Atque describuntur eleganter lanæ Coemtiores ejusmodi in Privilegio lanificibus in Marchia ab Electore Johann. Sigismundo Ao. 1611. dato,

dato, quod videre est ap. Schepliz. ad Consuetud. March. P. 4. Tit. 6. §. 5.  
n. 11. De frumenti nondum demissi Emtione, quatenus ea hodie licita V.  
d. Recess. de A. 1548. Tit. von Verkauffung der Früchte auff dem Felde &  
de A. 1577. Tit. 19.

In Molendinis nullam habent Jus Prælationis Pistorum, sed ibi ob- § 8  
servatur dicta Regula: Wer vor kommt / der mahlet vor ex C. i X. de  
Major. & Obed. & C. 24. X. de Jure Patronat. Quod etiam placuit Sere- § 9  
niß Electori Saxonie in Ordinat. Molend. auff dem Unstrut- Strohm vers.  
zum 25. soll ein jeder Müller schuldig seyn/ seine Mühl. Gäste nach rech-  
ter Ordnung / wie die zu mahlen bringen und in die Mühle kommen/  
mit dem Mahlen zu befördern etc. quam Ahafver. Fritschius d. l. p. 44.  
seqq. exhibet; cum qua etiam convenit Ordinat. similis Martisburgens. vers.  
Hierüber soll ein jeder Müller schuldig seyn. quæ extat ap. Fritsch. d. l. p.  
71. seqq. nisi sit molendinum bannarium, quo casu id observabitur, quod  
superius ex Ordinat. Gothan. allegavimus.

Remedia quæ pro hoc Jure competitunt, sunt Actio Confessoria & 60  
Negatoria utilis, V. Hahn. de Jure Rev. & Juris in Speciebus cap. 5. Concl.  
56. & ad Wesenbec. iiii. § 11/11/11. petatur n. 2. Schneidev. ad §. Äque Inst.  
de Action. n. 11. quarum illa agit, qui asserit sibi hoc Jus competere d. §. Ä-  
que 2. Inst. de Action. vicissim negatoria quilibet experiri potest, cum  
cuilibet liberum sit ædificare furnum, per supra dicta, libertas vero hujus  
Actionis sit fundamentum. At vero quando libertas illa per Prohibitio-  
nem est restricta, eam non amplius subditi, sed Dominus vindicat; hunc e-  
nim illi turbant in sq. possessione hujus Juris, qui propterea experitur A-  
ctione Negatoria, quæ toties competit, quoties alius eo Jure, quod nobis  
proprie competit, uti vult. Dn. Brunnen. Consl. 57. n. 14. quo casu subdi-  
ti quoque incurrint onus probandi, pro libertate enim est præsumtio l. 8.  
& 9. C. de Servitutibus quæ relevat ab onere probandi Mascard. de Pro-  
b. 11. Vol. 3. Concl. 119. 4. n. 65. V. Carpz. L. t. Rep. 6. Sed haec Actiones ad  
Petitorium pertinent, V. Dn. Brunnen. d. Consl. 57. n. 15. qui vero in Possesso-  
rio vult experiri, illi interdictum Utipossidetis competit utile, quod datur  
pro rebus incorporalibus, Hahn. ad Wesenb. Tit. Utipossid. n. 2. Carpz.  
P. 2. C. 7. D. II.

Tantum

72 CAP. V. DE EFFECTIBUS JURIS FURNORUM.

61 Tantum pér temporis & Materiæ angustiam tenuesque ingenii profectus licuit ; cuius unam DEO , alteram Tibi , L. B. triouo . DEO gratias exsolvo , quas mens concipere potest maximas , quod Clementia suæ aura ad Portum ratem meam provexerit , supplici adjecta prece , ut quicquid studiorum meorum supereft , ita secundet , ne unquam frustra quicquam suscipiatur , nec finiatur minus feliciter . Tibi , L. B. judicandi , censendi , corrigendi relinquo facultatem , ne tamen quicquam hie facias , quod tibi fieri rursus nolueris . Profecta ab eo hæc Scriptio est , qui memor se esse hominem humanos errores lubenter agnoscit , quorum multi in hac materia ingenio minus exculto potuerunt obrepere . Hos tu vel corrige vel condona . Tantum !







Frankfurt a. d. O., Diss., 1677

ULB Halle  
005 356 679




VDT7



B.I.G.

Farbkarte #13



Q. D. B. V!

DISPUTATIO JURIDICA,  
DE

# JURE FURNORUM,

QUAM

MAGNIFICO JCTORUM ORDINE  
CONSENTIENTE,

PRÆSIDE  
DN. SAMUELE STRYKIO, J.U.D.

COM. PAL. CÆSAR.

PANDECTARUM PROFESSORE CELEBERRIMO

ET  
FACULTATIS JURIDICÆ DECANO  
SPECTABILI,

DOMINO PATRONO, AC PRÆCEPTORE SUO  
ÆTATEM DEVENERANDO,

DIE XVIII. MAJ. HORIS ANTEMERIDIANIS

IN AUDITORIO JCTORUM  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

JOHANN GOTTLIEB Schilling/

DRESD. MISNIC.

Cum Privilegiis

Denuo edita Anno MDCCXIV.

FRANCOFURTI AD VIADRUM,  
SUMPTIBUS JEREM. SCHREY, ET J. G. CONRADI  
Vol. III. Disp. XIV.

KÖNIGLICHE  
UNIVERSITÄT  
ZU HALLE